

Fic propria per proprie-
tatem, no quia
fiat vn ius so-
lius, sed quia
fit huius, & il-
lius, cu secon-
du se commu-
nis fit.

Improbatur 2.
Per proprie-
tates excludu-
tur personae no
relatiue a con-
sortio diuinæ
naturæ; & sic
etiam dicitur
fieri propria.

9.
Proprietas
personalis est
id quo perso-
na innotescit,
Ric. Victor.
S. Hilarius.
S. Basilius.
S. Cyrillus.
Nazianz.
S. Augustin.

10.
Personæ diui-
næ distingu-
untur proprie-
tatibus.
Patrum cō-
sensus,
Conc. Flor.

Cons. Later.

taxat, diuina natura nullius personæ est
propria, quia non est vnus solius perso-
næ. Sed tamen proprium quoque dici-
mus, quod est singulorum, maximè si sit
paucorum. Proprietas autem hyposta-
tica diuina hoc præstat, vt natura quæ se-
cundū se nō intelligitur esse istius, aut il-
lius, addita paternitate intelligatur esse
natura Patris, & addita filiatione intelli-
gatur esse natura Filij, & addita spiri-
tione passiuā intelligatur esse natura Sp.
Sancti. Præterea singulæ harū proprie-
tates excludunt personas non relatiuas
à consortio diuinæ naturæ, vt antea do-
cuimus; & in hoc quoque sensu faciunt
naturam propriam singularum persona-
rum, non excludendo consortes quæ re-
latiuis proprietatibus cōstituantur. Nō
ergo dicimus diuinam naturā fieri pro-
prium priori illo sensu, hoc est, vnus so-
lius personæ; sed vno & altero modo iā
explicato, scilicet fieri propriam, hoc est
istius personæ, etsi alterius quoque per-
sonæ fiat per alteram proprietatem: &
quia etiam natura diuina fit propria sin-
gularum personarum, excludendo om-
nem personam absolutam à consortio
diuinæ naturæ.

Proprietatem autem vocat Richard.
Victor. libr. 4. de Trinitate cap. 3. id
quo scilicet persona innotescit, Theo-
logi proprietatem personalem dicunt;
quo nomine vsus est, S. Hilarius libr. 2.
de Trinitate, S. Basilius epistola 43. S.
Cyrillus libr. 1. Dialogo de Trinitate,
Nazianzen. oratione 3. S. Augustin. lib.
5. de Trinitate cap. 11.

Confirmatio.

Q Vōd personæ diuinæ distinguan-
tur proprietatibus attestatur vna
omnium Patrum consensus, quamobrē
excogitarunt notiones quibus discerne-
rentur inter se personæ, vt postea doce-
bimus. Constat etiam definitionibus
Conciliorum, n. m in Concilio Floren-
tino in litteris Sanctæ vnionis, decreto
de processione Spiritus Sancti dicitur.
*Omnia que Patris sunt vnigenito gign-
endo dedit, præter esse Patrem.* Ergo
ab ijs quæ Patris sunt, excipienda est pæ-
ternitas, quæ est etiam Patris, quam
vnigenito non dedit cum cætera dede-
rit. Et confirmatur ex Concilio Late-
ranensi, vbi definitur Trinitas sanctif-
sima secundum communem essentiam

A indiuidua, & secundum personales pro-
prietates discreta. Nam licet Gregor.
Arimin. interpretetur discreta secun-
dum personas: eius tamen interpreta-
tio singularis est, refragantibus omni-
bus Doctoribus; & argumentis clarissi-
mis ostenditur personas diuinas nostro
modo intelligendi distingui non per se
ipsas, sed per suas proprietates: ergo
ea verba Concilij, vt enunciata sunt,
sunt etiam accipienda, non deducenda
in alienos sensus: nam si se ipsis, hoc est,
se totis distinguerentur, etiam essentia
distinguerentur; ita vt nihil posset in-
telligi quo distinguerentur, nisi intelli-
gamus in altero conuenire, in altero di-
stingui. Et iterum Ioannes ille famige-
ratus in Concilio Florentino, sess. 19.
*Credimus (inquit) personas ex diuina
substantia proprietateque constare.* Et
Sophronias in sexta Synodo, sess. 11.
attribuit proprietatibus personarum fi-
gurare, hoc est, constituere, & distin-
guere personas, quod & nos planè do-
cemus. Quod verò afferunt ex Sancto
Hieronymo in expositione fidei ad Da-
masum, non fauet illis. *Non nomina, in-
quit, tantummodò, sed etiam nominum
proprietates, id est, personas, siue, vt
Græci exprimunt, hypostases cōstituentur.*
Nam his verbis Sanctus Hieronymus
non appellat personarum proprietates
personas; sed ait nos non sola nomina
quasi vacua cogitari, sed res ipsas sig-
nificatas per nomina, quas vocat pro-
prietates nominū, quia nominibus pro-
prietate significantur, & sunt ipsæ personæ
siue hypostases. Et Patres nominibus
abstractis contra sententiam Præposi-
tini, & Gregorij passim vtuntur. Sanctus
Hilarius libr. 4. & 9. de Trinitate, Na-
zianz. oratione 39. & Sanct. Ioan. Da-
masc. libr. 1. fidei Orthod. cap. 11. &
personarum proprietates meminerunt
Sanct. Basil. epistol. 43. Sanct. August.
lib. 5. de Trinitate cap. 6. Sanct. Gre-
gor. Nissen. lib. de distinctione hypo-
stasis, & vsq. Quod comprobatur etiam
Magist. in 1. distinct. 33. ex præfatione
Ecclesie. *Et in personis proprietas.* Et
hæc est constans doctrina Sancti Tho-
mæ quest. 40. artic. 2. de qua etiam re
disputant Albert. in 1. dist. 27. artic. 2.
& Gandauens. in summa, art. 56. quest.
4. & est commune Theologorum pro-
nunciatum.

Interpretatio
Greg. Arim.
Reijcitur vt
singularis.

Si se totis di-
stingueretur,
etiam essentia
distingueretur.

Ioan. Theo.
in Cōc. Flor.

Sophronias
in 6. Synod.

Ad locum
S. Hieron.

Respon.

S. Hilar.
Nazianz.
S. Damasc.

S. Basil.
S. August.
Greg. Nif.

Magist.

S. Thom.

Albert.
Gandau.
Cōmune pro-
nunciatum.

CAPVT L.

*Argumenta refelluntur.*1.
1. Argum.
S. Hieron.

Contra arguit Gregorius auctoritate Sancti Hieronymi ad Damasum de personis disputantis. *Substantiâ, inquit, sunt unum, sed personis ac nominibus distinguuntur.* Et supra dixerat. *Non nomina tantummodò, sed nominum proprietates, hoc est, personas confitemur.* Quibus in verbis Sanctus Hieronymus ait personas distinguere personis, & nomina significare proprietates, hoc est, personas: ergo proprietates à personis non distinguit. Et Sanctus Augustinus sermone de fide, & Symbolo. *Credimus (ait) hanc Trinitatem personis distinctam, & substantiâ unitam.* Ergo cum August. optimè intellexerit personas distinctas non per proprietates additas, sed se ipsis, quia distincte sùt; hoc nobis debet esse satis ad personas dignoscendas, quòd alia est Pater, alia Filius, alia Spiritus Sanctus. Et confirmatur auctoritate Sancti Thomæ 1. parte quæstion. 40. artic. 2. ad 1. vbi docet personas distinguere se ipsis.

S. August.

Confirm.
S. Thom.2.
Ratio.

Idem probatur argumentis: Nam personæ sùt res omninò simplices; ergo saltem re ipsa non distinguuntur per aliquid sui, sed se totis, & tamen re ipsa sunt eadem essentia, & personæ distinctæ; ergo & hoc possumus intelligere, vt se ipsis distinguantur, quamuis in essentia sint idem.

3.
2. Argum.

Secundò: Deitas se tota constituitur, & non per aliquid sui quasi differentiam; sed persona non est minùs simplex quam Deitas; ergo non constituitur per aliquid sui quasi differentiam, sed se tota.

4.
3. Argum.

Tertiò: Id quod constituit rem est formale principium eius; id autem quod est simplex nò habet formale principium; ergo persona nihil habet quo constituitur.

5.
4. Argum.

Quartò: Proprietas non est in persona aliquo modo eorum quos Aristoteles commemorat, vt res vna sit in alia 4. Physicor. text. 23. ergo non oportet philosophantem de rebus diuinis fingere modum nouum quo proprietas sit in persona.

6.
5. Argum.

Quintò: Proprietas ipsa subsistit, quidquid enim in Deo est, subsistens est;

Acum ergo dicitur quòd proprietas sit in persona subsistente, significatur quòd sit in se ipsa subsistente; sed nihil est in se ipso, vt Aristot. ait 4. physic. text. 26. quia necessaria est distinctio inter vtrūq; ergo proprietas nò est propriè in persona.

Aristot.

7.
6. Argum.

Sextò: Pater quicquid habet, comunicat Filio; omnis ergo entitas quæ est in Patre, & quæ Pater habet, est comunicabilis; ergo proprietas non est in Patre, neque Pater illam habet, sed omninò proprietas est ipse Pater.

B Septimò probatur, quoniâ primū nò habet prius; hypostasis autē siue persona est primū incó municabilis; ergo non habet proprietatē, per quæ fiat incó municabilis; aliàs ipsa proprietas per quæ persona fit incó municabilis, erit primū incó municabile, quod falsū est, cum omnes fateantur primum incommunicabile esse personam.

8.
7. Argum.

C Vltimò probat Francis. Ferrar. quòd persona nò cōstituatur ex natura & proprietate, sed sola proprietate cōstituatur quia Pater & paternitas differunt solo modo significandi, sicut Deus, & Deitas; ergo sicut Deitas est tota forma quæ Deus est Deus, ita paternitas est tota forma, qua Pater est Pater: ergo sola paternitate constituitur, quatenus paternitas includit in sui intelligentia essentiam.

9.
Vltim. arg.
Ferrar.*Aduertenda.*

Primum hoc loco aduertendum est, quòd nullus dubitat, quin personæ diuinæ re ipsa distinguantur absq; vllò distinctiuo, quasi altera parte sint idem inter se, & altera parte distinctæ; sunt enim omninò simplices. Et hoc idem non solum est in re ipsa, sed est etiam in nostro intellectu, siquidem confitemur ita esse, vt per hæc verba significatur. Sed tamen quia nos res simplices intelligentiâ partimur, non ad libitum, sed iuxta nominum significationes: necesse est vt quæ nominibus, & intelligentijs sic partitis, vel negamus, vel affirmamus, vera sint aut falsa. Quare dum quædam negantur, quædã affirmantur, intellectus noster cōformatur rei, vel discedit à cōformatione, falsis assentiendo. Exemplū istius doctrinæ sit quæstio ipsa proposita; nam diuinā personā diuidimus duabus intelligentijs, coacti ipsa nominum significatione, & cōceptibus, quibus res intelli-

10.
1. Aduert.
Personæ diuinæ re ipsa distinguantur, absque distinctiuo.

Res simplices conceptibus partimur iuxta nominum significationes.

Hoc modo de simplicibus enūciatur quædã vera, alia falsa: & intellectus conformis, vel difformis dicitur veritati: vt c. 48. p. 2. n. 19. Exemplum diuinæ personæ

Personam di-
stingui Deita-
te est heresis:
proprietate ve-
ro Catholicū.

Similiter con-
vincitur non
distingui per-
sonas se totis,
sed proprietate
sola.
Ratio
ex cap. 49, n. 9.

Obiectio.
Respons.
Persona re ip-
sa distinguitur
se tota negati-
ue, quia re ip-
sa non habet par-
tes quibus di-
stinguatur ab
alia.
Hic asseritur
constitutio, &
distinctio ra-
tionis, cū in re
nulla sit, vt c.
48, n. 2.
Personę no-
stro modo in-
tellig. consti-
tuitur & distin-
guitur pprietati-
bus suis, nō se-
totis, vt c. 48,
n. 6. & 7.

11.
Aduert.
Abstracta sig-
nificant subst-
antias, sed non p-
modū substē-
tię: ideo nega-
tur hęc, Deitas
generat.
Eadē ratione
paternitas non
generat, sed
Pater.

intelligimus; nouimus enim in diuina persona Deitatem, nouimus etiā paternitatē; tunc inuestigamus an hęc persona distinguatur à Filio per Deitatem, an sola paternitate? His nominibus sic partitis, altera pars thesis est hæretica, altera Catholica: quia si dicas distingui Deitate, significas esse plures Deitates in personis; si verò dicas distingui proprietate, asseris Catholicè esse plures proprietates. Et ita de hac re eduntur Conciliorum definitiones. Ergo eodem modo iuxta nominum partitiones, & significationes, & ipsum modum intelligen- di, conuincendum fuit personas nostro modo intelligendi, non distingui se totis, sed sola proprietate; quoniam nostro modo intelligendi persona habet naturam, & proprietatem; ergo si se tota distinguitur, etiam naturā distinguitur, quod est hæreticum. Si verò non loquamur de nostro modo intelligendi, sed de re ipsa, non valet argumen- tum, quia in persona diuina non est totalitas realis, sed simplicitas. Cum ergo dicitur quòd persona re ipsa distinguitur ab alia se tota; nihil aliud significatur nisi quòd hęc persona non est illa, neque aliqua pars realis illius personę est in alia persona; quę verissima sunt, quia persona diuina partes non habet. Itaque distinguitur se tota negatiuè, quia re ipsa non habet partes quibus distinguatur. Nos ergo loquimur de cōstitutione rationis, & de distinctio- ne rationis; nam in re nulla est constitutio, vt diximus, sicut neque distinctio inter proprietatem & naturam; nostro igitur intelligendi more omninò cōcedendum est personas constitui, & distun- gui suis proprietatibus, & non distingui se totis, quia non distinguuntur Deitate, quam habent, sed sola proprietate, vt ostensum est.

Secundò est obseruandum quòd no- mina abstracta licet significant rem sub- sistentem, vt Deitas, non tamen signifi- cant per modum subsistentis; & ideo ne- gamus, quòd Deitas generet, quia no- men, Deitas, abstractum non supponitur pro Patre. Quare licet relatio siue pro- prietas diuina sit res subsistens, tamen non significatur per modum subsistentis, neque paternitas generat, sed Pater. Et ideo mirum nō est quòd paternitas, quę non generat, sit in Patre generante; nam

A & Pater, vt postea dicemus, est nomen persona, & est nomen relatiuum; vt est nomē personę habet essentiā, & nō solā paternitatem, & ita paternitas est in Patre vt in persona quę definitione distinguitur à paternitate, & hoc videtur non obseruasse Francis. Ferrar. qui credidit paternitatem significare quicquid est in persona, cum solam relationē significet.

Quidam negant paternitatem per se subsistere, sed quatenus est essentia aiūt illam subsistere per se, cū hic sit modus entis intrinsecus, vt diximus. Quòd verò paternitas subsistat quatenus est es- sentia; potest duplici commentario ex- plicari, scilicet reduplicatiuè in sensu causali, & hoc verū est; ideo enim subsi- stit relatio diuina, quia est ipsa essentia infinita; hæc est enim radix, & prima ratio subsistentium relationum; spe- cificatiuè tamen (vt aiunt) est falsa, quia relatio diuina, etiam vt relatio, subsistit, quod postea faciemus euiden- tius.

Est tamen adhuc notatione dignum, quòd proprietas in suo cōceptu, nō in- cludit essentiā: ratio est, quoniam cū sint personales proprietates tres, si in his includeretur essentia, essent essentię tres; nomen enim abstractū est forma- le, & numerat quicquid significat. Dici- mus ergo personas tres, quia persona nomen est concretum, & formalitè sig- nificat personalitatem quā essentiā; sed ipsa personalitas cum sit nomen ab- stractum, si essentiā clauderet in suo conceptu, coniecta cum numero mul- tiplicaret essentiā: & ita in tribus persona- litatibus significaremus essentiā tres. Quare opinio Francis. Ferrariens. quòd proprietas contineat essentiā, & se sola constituat personam, minus probabi- lis est.

D *Responsio.*

Ad argumenta antequam respon- deamus, oportet explicemus S. Hieronymum, & S. Augustinum, ac S. Thomam, qui profectò his in locis ni- hil loquuntur de distinctione, quę est per operationē intellectus, seu nostro modo intelligendi; sed simpliciter affirmant personas esse res distinctas se ipsis, qua- tenus sunt res simplices: quòd nos con- cedimus, & docemus. S. verò Hierony- mus significatum nominis vocat pro- prieta-

Pater vt est
nomē psona,
habet essentiā,
& nō solā pa-
ternitatem.
Paternitas est
in Patre vt in
psona, quę defi-
nitione distin-
guitur à pater-
nitate.

12.
Quidā negāt
paternitate p-
se subsistere, ni-
si vt est essentia

Hoc verū est
in sensu causa-
li, & radicali-
ter: sed nō spe-
cificatiuè.

13.
3. Aduert.
Proprietas in
suo conceptu,
nō includit ef-
fentiā, vt lib
3. c. 28. n. 5.

Ratio.
Essent tres ef-
fentię.
Abstractum
cū sit forma-
le, numerat
quicquid signi-
ficat.

Insertur im-
probatio do-
ctriñę Ferrar.
de qua c. 49. n.
5. & lib. 3. c. 28
num. 4.

14.
A. 11. arg.
Ad Patres, &
ad confirm.

ex S. Thom.
S. Hieron.

Patres ponunt
notiones per-
sonarum; quia
re personas p-
prietatibus di-
stinguunt.

prietatem nominis, & explicans quid sit, ait esse ipsam personam significatam. Nihilominus ij Ecclesie Doctores, & columnę, cum de dignoscendis personis disputant, ponunt notiones, quę sunt propria cuiusque personę attributa, quibus personas distinguunt, & ideo vocantur notiones. Cum ergo hi Patres traderint notiones personarum, quę sunt ipsę proprietates, haud dubium est, eas personas proprietatibus distinxisse; notio enim ostendit personam distinctam.

15.

Ad rationē
Nosse perso-
nas in re dis-
tingui se ipsis
nō satis est ad
disputationē
Theologorū,
vt n. 10.

Ad primum argumentum concedimus personas esse res simplices se ipsis distinctas; sed nostro modo intelligendi proprietatibus distinguuntur: & licet bene intelligamus personas re ipsa distinguuntur non aliqua parte sui, cum sint simplices; tamen nosse hoc, non satisfacit disputationi Theologorum, vt modò dicimus; sed partitis nominibus respondendum est vtrum naturā, vel proprietate distinguantur.

16.

Ad 2. arg.

Etiam Dei-
tate partitur
cōceptibus at-
tributorū; sed
illius differen-
tia non est, cū
sit vna.

Personas pro-
prietates dis-
tinguunt.

Hæ no dicuntur
differētia.

Ratio.

17.

Ad 3. arg.

Proprietas
nostro modo
intelligēdi est
quid formale,
sed nō princi-
piū formale ex
defectu realis
ordinis inter
paternitatem,
& Patrem.

Ad tertium concedimus quod proprietates nostro modo intelligendi est quid formale, nō tamen est principium, quia non est aliquis ordo realis inter paternitatem & Patrem: quare paternitas neque est causa formalis, neque principium formale; sed intelligitur quasi forma, & actus, quia intelligitur nomine abstracto, vt solent forme significari.

18.

Ad 4. argum.
S. Thom.

Proprietas est
in persona, vt
differētia in
specie, lib. 3. c.
30. n. 7. & 13.

Modus hic
essendi nō re-
censetur inter

Ad quartum respondetur cum Sancto Thom. in primo sentent. d. 33. quæst. 1. art. 3. ad 4. quod proprietates est in persona, vt differētia in specie, quod lib. 3. iam explicatum est, licet non sit propria differētia, qualem dialectici definiunt: nam & Patres differētiam aliquando vocant & Concilia. At verò etsi modus hic quo proprietates est in persona, non recensetur inter eos quos Aristot.

A numeravit; nihil admirandum est cum sit ineffabilis, & exempla naturalia nō sunt adæquata rebus diuinis, vt ait Sanctus Hilarius 1. de Trinitate: neque tamen ideo non est necessarium Theologo modum istum inuestigare, quia cum ostendat paternitatem esse in Patre ad eum modum, quo forma est in re quam denominat, nō potest nō inquirere quoniam pacto paternitas sit in Patre, & constituat, & distinguat personam.

Ad quintum concedimus proprietatem subsistere; significatur tamen nomine abstracto quasi forma non subsistens, & ideo probè dicitur esse in persona, & forma eius. Præterea Pater vt est nomen personę non solum significat paternitatem, sed essentiam; & ideo paternitas est in Patre, vt in re distincta definitione, & ratione formali ab ipsa Paternitate, quę in illo est.

Ad sextum respondetur, quod si propriè loquendum sit, id habemus quosumus; Pater autem paternitate non est, sed refertur; & ita possemus dicere, quod quicquid habet communicat: sed quia significatio verbi istius, habendi, est amplissima; quidquid est in Patre, Pater habet, & ita habet paternitatem, quam non communicat. Igitur hoc modo loquendi non communicat quicquid habet, quod videtur indicasse Concilium Florentinum asserens Patrem dedisse Filio omnia quę habet præter hoc quod est esse Patrem; quasi dicat Patrem hoc etiam habere, & hoc non dedisse. At verò Gregorius aliter opinando consentaneè docet, quod nulla entitas sit in Patre, quę non sit in Filio; quia negat paternitatem esse in Patre: quod si paternitas est in Patre vt verè est, aliqua entitas est, in Patre, scilicet paternitas, quę in Filio non est, vt iam docuimus. At verò si instes quærendo an Pater communicet totam entitatem suam? Respondetur, quod totam non simpliciter, hoc est, omnibus modis, quia communicat totam vt est essentia, sed non totam vt est relatio, quod lib. 3. disputatum iam est.

Ad septimum iam antea docuimus personam esse primum incommunicabile perfectum, & ex propria ratione subsistens; proprietates autem etsi cognitione sit prior, intelligitur tamen vt quid imperfe-

modos Aristot. quia ineffabilis.

S. Hilar. Hic modus Theologo inquirendus, cū ostendat paternitatem esse in Patre.

19.

Ad 5. arg. ex n. 11.

20.

Ad 6. arg. Proprie dici posset, Patrem communicare quicquid habet quia id habemus quosumus & Pater paternitate non est. Ampliori significatione negator Patre communicare quicquid habet. Conc. Flor. Gregor. ait Patre communicare totū, sed alio fund. vt c. 46. n. 2.

Refellitur. Aliqua entitas est in patre, sc. paternitas, quę nō est in filio. Pater entitatem suam communicat totam nō simpliciter, sc. totam vt essentia est nō totam, vt relatio est.

21.

Ad 7. arg. 1. Respons. ex c. 19 p. 4. n. 7. proprietates cognitione sit prior sed vt quid imperfectū, & sic incommunicabile primum.

2. Respons. ex eod. cap. 19. Solu supposito est omni no incommu nicabile. no ita p p r i e t a s .

Ad ult. Arg. ex num. 11.

Item ex cap. 9. n. 3.

Pater est no men personae, & Deus Pater significat duo.

Pater relati ue solo modo significat si dif ferat a paterni tate, & ut sic, ea sola constituit, non ita Pater ut persona.

imperfectum, & ut formalis subsistentis, & ita suo modo intelligitur incommuni- cabilis, & primum incommunicabile id est huc quodam modo imperfectum, siue im- perfectum cognitum; persona autem pri- mum incommunicabile perfectum: quae quidem tribus consentiant. Secundo res- pondetur, quod esse aliquid non est om- ninò incommunicabile, & ita solum sup- positum sine personae quae nullius est, est maxime incommunicabile; proprietates autem personae eo quod est personae, non sunt incommunicabiles; quia scilicet aliquid est.

Ad vicimum, quod est Francisci Eer- nar. respondetur ex ijs quae notauimus, quod Pater ut est nomen personae non significat solam paternitatem, sed etiam essentiam; & ideo paternitas non distin- guitur a Patre solo modo significandi, sed ratione formali, & definitione, quia idem significat Pater, ut est nomen per- sonae, & Deus Pater. At verò Deus Pa- ter significat duo, & Paternitas vnum tantum. Pater tamen relatiue solo modo significandi differat a Paternitate; & sic Paternitas constituit Patrem relati- uè; personam verò Patris non sola Pa- ternitas constituit, sed Paternitas & na- tura simul, ut dictum est.

CAPVT LI.

Proprietates constituens, & distinguens diuinam personam non est quid ab- solutum, sed relatio.

Constitutam sententiam quod aliqua proprietates constituat personas, in- quirendum nobis est an ea proprietates sit quid absolutum, an relatio? Et qua- estio est non solum de constitutione ra- tionis nostro modo intelligendi, sed de re ipsa, an personae fiat relationes tres, an res absolutae tres?

Ioannes à Ripa in 1. dist. 25. & 26, & Linconiensis, & Iacobus Viterbi. apud Toletan. distinct. 26. artic. 3. & Guillelmus Parisiensis in libr. de Tri- nitate cuius verba recitat Carthusian. distinctione 26. quaestione secunda, exi- stimarunt proprietatem personarum esse absolutam, ut in rebus creatis abso- luta est, & ita constitutis personis per absolutas proprietates aduenire rela- tiones, & origines. At verò Ioannes

Scotus eadem distinct. 26. quaestione 1. etiam si tam opinionem non sequatur, quasi religione coereatur, nimis tam- men indulget illi, & patrocinatur, dum eam argumentis confirmat. Vnde Li- chetus affecla Scoti a usus id quod Ma- gister non audeat esse faciliorem in- tellectu, & probabiliorem sententiam. Cui videtur fauere Richardus distinct. 27. artic. 1. quaestione 3. scilicet expli- cando, quod ipsa persona habeat ratio- nem absoluti, & originis, & relationis; forte intellexit rationem absoluti, hoc est, conceptum absoluti, quod nos con- fitemur. Refertur etiam Richardus de de Sancto Victore, libr. 4. cap. 11, sed Richardus ibi distinguit personas per origines non per absoluta.

Et quamuis res haec sit agenda prae- cipue auctoritate Patrum, & definitioni- bus Conciliorum, nihilominus erit op- portet arguendo demonstrare quod haec opinio cum ratione naturali palam euidenterque pugnet. Nam, etsi sunt aliqui qui purant, hoc non posse demo- strari; falluntur maxime, quia propo- sitis fidei principijs, naturali rationis du- ctu licet alia inuelligare, & quandoque euidenter ostendere; ut quod in Christo

Domino sint duae voluntates diuina & humana, quia est verus Deus, & verus homo. Iouatur etiam ratio accepta doctrinam fidei, ut penetret ad veritates abditas, quo non perueniret nisi diu- no ductu; & idcirco postquam credimus dignas personas non esse res absolu- tas, hoc ipsum ratione naturali licitum est ostendere ex illo fidei principio, quod sint personae tres in natura eadem simplicissima, in qua sola propieta- tes hypostaticae distinguuntur. Has enim proprietates demonstrandum est non posse intelligi res absolutas. Illud ve- rò à quibusdam imperite dicitur, quod si nobis proponeretur à Deo tres perso- nae absolutae, etiam hoc conciliaremus cum nostra philosophia, & naturali ratio- ne: nam data hypothesi impossibili, quod Deus falsum proponeret, non pos- set conciliari illud quod est falsum, aut componi cum ratione naturali, quae perpetuo dicitur veram, cum sit lumen à Deo infusum.

At verò antequam ad argumenta ve- niamus constituenda, est contraria opi- nio in omni verisimilitudine, quam po-

Fauet Scotus.

Sequitur Licetus.

Videtur eidem sent. fauere Richard.

Explicatur.

Pro ea refer- tur immerito Ric. de S.V.

2. sent. in tit. asserta.

Positis princi- pijs fidei potest demonstrati- uè probari.

Exempl. ex Incarnat.

Ratio iuuetur doctrinam fidei

Duo principia fidei, quibus positus 2. sent. demonstratiue probanda.

Aduers. dictu: Si reuelare- tur à Deo esse tres absolu- tas personas, quod hoc pos- set cum ratio- ne, & philoso- phia conciliari

Improbatur ut falsum.

4. Asserta suppo- nenda, pro 1. sentent.

test habere, ut quæ de relationibus diximus, illis proprietatibus absolutis accommodemus, videlicet non esse essentias, sed proprietates; esse posteriores essentia ordine rationis; constituere personas duntaxat incommunicabiliter; & si (placet) non esse perfectiones distinctas, & existere eadem existentia natura; hæc enim omnia posset quis arguenti respondere.

5. Pro 2. sentent. probationum 1. Caput ab ipsa proprietate hypost.

1. Probatio. Alias vna persona absoluta esset alia persona absoluta.

Confirmatur arg. videndis lib. 1. cap. 41.

6. 2. Probatio ex infinitate naturæ diuinæ cui repugnat esse in pluribus suppositis absolutis, sicut naturæ finitæ, &c.

Ostenditur similitudo.

7. 3. Probatio ex ratione formali proprietatis absolutæ, seu ad se.

Proprietas ad

Primò igitur probatur quòd indiuisis personis non possint esse tres proprietates absolutæ, siue quòd personæ non sint tres res absolutæ, quia hic syllogismus expositorius à singularibus est ex terminis euidens; A. est, B. A. est, C. ergo B. est, C. At verò cum proponitur in terminis diuinis; Hæc essentia est Pater, hæc essentia est Filius, ergo Pater est Filius, inuenitur in syllogismo fallacia accidentis, quia mutatur quod in aliquid, scilicet absolutum in relatum: ergo si proponatur syllogismus in rebus absolutis, nulla est fallacia; ergo vna persona absoluta erit alia persona absoluta, & non erunt duæ personæ. Idem probatur omnibus argumētis, quæ posuimus, lib. 1. contra Trinitatem personarum, quæ vna euitantur solutione, quòd sit Trinitas relationum, non absolutorum. Ergo qui asserunt personas esse res absolutas omnibus illis argumentis conuincuntur.

Secundò probatur; quoniam sicut repugnat ut natura finita sit in pluribus suppositis finitis; ita repugnat ut natura infinita sit in pluribus suppositis absolutis. Probatur similitudo, quoniam natura finita, quia finita est, definitur proprio supposito; natura autem infinita, quia infinita est, in absoluto cōceptu cōtinuet totam rationem entis: ergo si in absoluto conceptu est vna vnitatem incommunicabili, non potest eadē conceptu absoluto in multis esse; quod enim incommunicabile, est non est in multis: ergo ex infinitate naturæ diuinæ colligitur, quòd non sit in multis suppositis absolutis, sed in vno solo.

Tertiò, probatur idem ex ipsa ratione formali proprietatis absolutæ, quæ est ad se: proprietas enim quæ est ad se non admittit societatem in eadem natura; proprietas enim absolutè hoc facit, ut natura sit propria istius personæ; quæ verò est absoluta proprietas, & ad

A se, hoc amplius facit, quòd naturam ad se determinat; ergo non potest intelligi, quòd proprietas absoluta & ad se, patiatur societatem in natura eadem; sola ergo relatio hoc facit ea ratione, quia est ad aliud in eadem natura, ut & aliud in eadem natura inueniatur, quod antea obseruauimus de supposito creato disputantes.

B Et confirmatur, quoniam in consideratione absoluta id quod subsistit est vnum, & ideo non possunt fingi duæ albedines subsistentes: ergo cum esse diuinum subsistat in consideratione absoluta; non potest esse nisi vnum subsistens in eadem cōsideratione absoluta; quod si vnum duntaxat est subsistens, vna est persona non plures.

C Quartò probatur, quoniam in Deo nulla est distinctio materialis, in quo nō est materia, sed omnis distinctio formalis est; omnis autem distinctio formalis in genere substantiæ est essentialis, nisi sola relatiua; relatio enim à substantia distinguitur; ergo si proprietates personales sunt formæ distinctæ & absolutæ, in genere substantiæ, sunt essentialiter distinctæ, quod est error contra fidem. Explicatur argumentum, nam relationes diuinæ quasi specie distinguuntur, quia non sunt duæ solo numero distinctæ, ut paternitates duæ; sed distinguuntur numero transcendentem, & ratione formali, ut paternitas & filiatio, ideoque non ponimus duas relationes spiratoris in Patre & Filio, quia solo numero distinguerentur, & non distinguerentur ratione formali, neque numero transcendentem, sed numero materiali, quæ est distinctio materialis. Igitur si ponamus tres proprietates absolutas, quæ sunt tres formæ rationibus formalibus distinctæ in genere substantiæ; quid aliud sunt nisi tres essentiæ, siue tres substantiæ essentialiter distinctæ, & subsistentes? quod est etiam error, & nefas. Aliqui hoc idem probant, quia si proprietas Patris esset absoluta, non esset accidens sed substantia, & ita Pater non communicaret totam suam substantiam. Est tamen argumentum futile: nam relatio diuina etiam est substantia, ut distinguitur contra accidens, quia est hypostasis; tamen Pater communicat totam substantiam, hoc est, essentiam, sed non totam substantiam, hoc est

se naturā facie propriam personæ, & in super ad se determinat.

8. Confirm. Id quod p̄ se subsistit est vnum, ex cap. 14. num. 9. &c.

9. 4. Probatio. Omnis distinctio in Deo non materialis, sed formalis est.

Si proprietates esset formæ absolutæ, & distinctæ, essent essentialiter distinctæ.

Explic. argum. Relationes diuinæ quasi specie distinguuntur.

Si esset in Deo duæ relationes spiratoris, distinguerentur numero materiali.

Probatio aliorum.

Futilis iudicatur.

Ratio In Deo relatio est substantia ut distinguitur contra accidens

est, hypostasim. Et eodem modo isti Doctores dicunt esse hypostasim absolutam, quae non comunicatur. Sed argumentum quod fecimus, ostendit illas proprietates absolutas esse essentias in genere substantiae; quod est contra rationem naturalem; una enim est essentia divina non plures essentiae: neque proprietates hypostaticae sunt essentiae aliquae, sed sunt alicuius essentiae proprietates.

Quintò: Proprietates suppositorum in rebus creatis, quia non distinguuntur proprijs differentijs, determinantur & distinguuntur per ipsas naturas, quarum sunt proprietates; ergo proprietates personarum divinarum, vel distinguuntur per ipsam naturam, quod non potest intelligi, cum natura sit una; vel distinguuntur suis rationibus formalibus proprijs; quavis non per differentias, eò quòd sint ipsae proprietates quasi ultimae differentiae: necesse est tamen ut distinguantur suis proprijs notionibus, & rationibus obiectis, siue formalibus. Tunc est argumentum validissimum; nam illa ratio formalis in consideratione absoluta, aut est ens infinitum, aut finitum; si infinitum, sunt tria entia infinita, & tres Deitates; si finitum, ergo proprietates divinae sunt res finitae. De relationibus quidem respondet Ioannes Scotus neque esse finitas, neque infinitas, quia non sunt perfectiones, ut lib. 3. retulimus, & impugnavimus. At verò modo non disputamus si sint istae proprietates absolute perfectiones; sed de earum ratione formali percontamur, quibus terminis conceptus illi absoluti distinguantur? Deitas enim distinguitur ipsa infinitudine, quia est ipsum ens subsistens, siue subsistens esse; Paternitas verò, & Filiatio, quia sunt relationes oppositae, altera eius qui genuit, altera eius qui est genitus. Proprietates verò absolutae, vel sunt infinita entia distincta ipsa sua infinitudine, vel sunt finita entia suis terminis contenta in consideratione absoluta, aliàs distingui inter se non possunt. Quòd si proprietates personarum suo proprio conceptu finitae sunt, sunt etiam creatae, & non sunt formaliter in Deo; quicquid enim est in Deo est ipse Deus; imò sunt res distinctae à Deitate, quia eadem res non potest esse finita, & infinita; & personae erunt compositae reali compositione, ut potè ex rebus distin-

A tis, imò ex finito & infinito: quae omnia & alia consequentia impossibilia sunt. Confirmatur ex Boetio; quia illud verè est unum in quo nullus est numerus; sed natura infinita est unum ens absolutum, & infinitum; ergo in eadem natura absoluta non est numerus absolutorum, neque sunt tres res absolutae, & distinctae.

Sextò probatur idem, ex eò quòd absoluta in eodem non distinguuntur; attributa enim plura cum sint, propter simplicitatem divinam sunt res eadem, quia sunt absoluta & ad se; ergo solae relationes sunt res distinctae. Et confirmatur ex oppositorum divisione, quae Aristotel. inquit; proprietates enim absolute non sunt privative oppositae, neque contradictorie, quia haec oppositiones sunt inter ens, & non ens: sed neque contrarie, aut formaliter opponuntur, oppositio enim formalis ad contrariam revocatur; hoc enim modo opponuntur intellectus & voluntas, quae sunt formae oppositae in rebus creatis; in Deo autem sunt res eadem; ergo ista oppositio contraria in Deo non est realis: superest ergo oppositio relativa quae sola in Deo est realis: sed sine oppositione rerum non est distinctio; ergo solae relationes in Deo sunt res distinctae.

B Septimò probatur, quoniam sola relatio non est perfectio addita divinae naturae; relatio enim est perfectio addita rei creatae, quatenus res creata est pars uniuersi, & ordinatur ad alia; ut est perfectio instrumenti, quod aptum sit ad operandum: Deus autem cum sit primus ens, non potest perfici in ordine ad aliud, sed ad se; quare sola absoluta sunt perfectiones essentiae, quasi numeratae & adiunctae essentiae; relatio verò nihil perfectionis addit, ut diximus lib. 3. ergo qui ponunt tres proprietates absolutas ponunt absque dubio tres perfectiones additas, quod omnino videtur non esse permitendum, ut disputatum iam est. Et confirmatur, quia perfectio absoluta, simpliciter est finita, aut infinita: igitur ponunt in Deo aliquid finitum, vel tres infinitas perfectiones absolutas, quae certe essent Deitates tres.

C Octauò: Naturae absolute & subsistenti, quicquid additur absolutum, convenit subsistenti; ergo etsi plura addantur, non faciunt plura subsistentia, siquidem

Hh 4 conueni-

nètes realiter personam.

Confirm. Ex Boetio illud est verè unum, in quo nullus est numerus.

11. 6. Probatio exemplo attributorum

Confirm. Proprietates absolute non sunt distinctae, quia non opponuntur privative, nec contradictorie. Nec contrarie, aut formaliter

Si relatiue, sūt relationes.

12. 7. Probatio. Res creatae proficitur in ordine ad alia. Exemplum instrumenti. Deus cum sit 1. ens non potest perfici in ordine ad aliud sed ad se, ut lib. 3. cap. 31. p. 3. num. 14.

Qui ponunt in Deo tres proprietates absolutas, ponunt tres perfectiones additas. Confirmatur ex num. 10.

13. 8. Probatio. Absoluta addita naturae subsistenti conueniunt

Proprietates non sunt essentiae aliquae, sed essentiae proprietates.

10. 5. Probatio. In creatis proprietas distincta per ipsas naturas, & non proprijs differentijs.

10. Deo sunt quasi ultimae differentiae distinctae suis rationibus formalibus.

Haec si sunt absolute, aut sunt infinitae aut finitae.

De relationibus Scotus utriusque negans in re alia, refutatur. lib. 3. c. 31. p. 3. n. 5.

Agitur hinc de terminis distinguuntibus.

Deitas distinguitur ipsa in finitudine.

Paternitas, & filiatio; quia oppositae.

Proprietates absolute non sunt infinitae seu distinctae in finitudine.

Ratio. Non finitae seu distinctae suis terminis.

Ratio. Alias essentiae creatae, distinctae à Deitate, & cum ea compositae

eidem subsistēti: unde non facit plura subsistentia. Secus relationes additae, v. c. 17. c. 4. n. 8. c. 42. n. 28.

Eidem subsistenti, non possunt convenire multa subsistentia. 14. z. Caput de origine divina.

Præsciendū: Natura increata non potest esse in pluribus suppositis, nisi per originem. Ratio.

Thesis: Origo divina non est a persona absoluta. 1. Probatio. Alias haberent personae absolutas operationes proprias, & distinctas ante relationem. He operationes si non sunt productiones, non sunt or

conveniunt eidem: eidem tenim subsistenti possunt addi res distinctae, manente unitate subsistentis, ut vni supposito plura accidentia; quod si non sunt plura subsistentia, non sunt personae plures; ratio verò addita natura, quia refert ad aliud in eadem natura, non conuenit naturae subsistenti, sed subsistenti supposito quod secum affert, ut dixim; & ideo plures relationes consistunt, & afferunt secum plura subsistentia & personas plures. Ergo cum natura diuina per se ipsam subsistat, proprietatis absolutae adueniens non afferret subsistēs, sed conueniret eidem naturae subsistenti, eidem autem subsistenti non possunt conuenire multae proprietates hypostaticae, quae constituunt multa subsistentia; ergo tres personae diuinae, siue tota subsistentia non possunt contentum absolutis proprietatibus, sed relationis, quae afferunt secum subsistentia.

Alia est classis argumentorum, quae petuntur à relatione & origine, quas Catholicè confitemur esse in Deo; haec enim probatur esse proprietates personarum non esse absolutas peritis argumentis ab ipsa notione proprietatis hypostaticae siue personalis: nunc autē argumenta deducemus ab origine diuina, qua procedunt diuinae personae. Et illud primum probatur, quod natura increata non possit esse in pluribus suppositis nisi per originem: natura enim vna vnius personae est, hoc enim ducitur ab unitate naturae, scilicet unitas personae; quod ergo sit in pluribus habet per originem. Et ideo Pater vocatur prima unitas, quia est prima persona eius unitas sequitur per se unitatem naturae; secunda verò persona inchoat numerum, & tertia auget per originem; dum eandem naturam secunda & tertia persona accipiunt. Quod ergo origo diuina non sit à persona constituta proprietate absoluta probatur, quoniam sicut ponitur ante relationem personalitas absoluta, quia antecedit relationem, ita origo quae relationem antecedit, erit res absoluta; origo autem est propria personae, ut Patris proprium est gignere, & gigni proprium est Filij; ergo personae habent operationes absolutas proprias, & distinctas. Tunc ultra, si istae operationes sunt ita imminētes, ut nihil illas sequatur, nihilque producant, non sunt origi-

nes; origo enim est à qua aliquid procedit in Deo operatione similia nentes sunt intellectio & voluntas, quae non sunt proprie istius, aut illius personae, sed communes. Quod in operatio propria Patris, itaque absoluta, est origo & productio, per quam verè Filius generatur, in quacunque productione rei distinctae, ut S. Thom. notauit, nihil est nisi motus siue mutatio, & ratio; ergo si haec productio non est ratio, est mutatio quod est haecetum, Deus enim est immutabilis.

Idem probatur, quoniam si Pater est persona absoluta, potest intelligi ipsa persona sine Filio; ergo generatio non eludatur in conceptu etiam perfecto illius personae; quae enim potest intelligi sine Filio, potest quoque perfectè intelligi sine generatione Filij; ergo generatio Filij non pertinet ad perfectionem Patris, sed ad perfectionem Filij ordinata est; ut non solus sit Pater, sed Filius etiā gignatur. Et hoc pacto erit actio transitiva habens causam finalem, & efficientem. Nos verò qui negamus personae diuinas esse res absolutas, in conceptu Patris perfecto includimus originem siue actiuam generationem, quae sit ipsius Patris proprietas. Et ita posuimus in Patre generationem, non propter Filium generandum quasi propter finem, sed ut proprietatem contentam in ipso conceptu personae, & ut parum relationem non rem absolutam. Itaque nos uimus generationem actiuam tam esse necessariam Patri, quam Filio, quia sicut Filius non esset nisi Pater gigneret; ita neque Pater esset, nisi gigneret; per se enim generatio clauditur in conceptu perfecto Patris. Qui vero Patrem cogitant personam absolutam, generationem eius ponunt non illi necessariam, sed Filio, & Filius erit minor Patre, & habebit generatio diuina causam finalem.

Deinde operatio est naturae opus, ut S. Ioannes Damasc. ait; natura enim est principium & forma operationis; ergo si operatio est absoluta, est propria naturae; ergo in quocunque supposito natura inueniatur, inuenitur operatio naturae propria; sed in Filio inuenitur natura; ergo & Filius generat, siquidem est operatio naturae propria, ut potè absoluta: nos enim ponimus originem esse relationem quandam, atque ideo esse operatio.

In Deo operationes imminētes, sunt intellectio, & voluntas non propria, ut sunt origo, sed communes. Si sit origo productionis, mutationis. Ostenditur ex S. Thom. Probatio. Generatio non includitur in conceptu perfecto Patris sed solū ordinaretur ad perfectionem Filij. Effectus transitivus habens causam finalem & efficientem. Generatio necessaria est Patri quam Filio. Quia enim generatio clauditur in conceptu perfecto Patris. Natura est principium operationis, & operatio absoluta est propria naturae, inuenitur ubi inuenitur natura. Origo quia est ratio, est propria hypostatis.

Responf.

Refutatur. Proprietas absoluta Patris sicut nō impedit naturā esse in alia persona, ita nec eius operationē absolutam.

17.

4. Probatio. Ea operatio absoluta non est ipsa hypostasis considerata per modū operationis. Nō ipsa proprietas absoluta, quia hanc sequitur.

Non relatio, quia hanc antecedit.

Generatio si relatio nō est, est mutatio, vt num. 14.

18.

3. Caput. à relatione. Probatio.

Si persona est absoluta quoad proprietatē qua constituitur, & distinguitur, nō est relatiua nisi per accidens.

In Deo ni-

operationem propriam hypostasis relatione constitutę. Quòd si dicas istam originem consequi per se istam personam, & non aliam: hoc ipsum est quod refutauimus; cum enim sit quędam operatio absoluta, & operatio sit ipsius naturę; sicut proprietas absoluta istius personę addita naturę, non impedit quominus natura sit in alia persona, ita neque impedit quominus operatio quoque naturę conueniat alteri personę, & ita Filius generat sicut & Pater, quod intelligi non potest. Quod nos argumentum facillè refellimus, vt iam ostendimus, quia personam credimus esse relationē subsistentem, cuius operatio sit quoque relatio propria hypostasis.

Pręterea ista operatio absoluta, vel est ipsa hypostasis per modum operationis considerata; & hoc non est, quia non intelligitur vt subsistens, sed vt operatio subsistentis: vel est ipsa proprietas absoluta considerata similiter per modum operationis; sed neque hoc quidē est, quoniam proprietas personalis antecedit operationem personę; ergo sicut operatio personalis ideo non est relatio, vt volunt, quia antecedit illam, ita proprietas personalis non est operatio, quia antecedit ipsam operationem: & similiter operatio personalis non est relatio, quia antecedit relationem, quod argumentum hi auctores certum esse existimant: ergo operatio personalis, verbi gratia generatio, est aliquid medium inter relationem & hypostasim, quod neque hypostasis est, neque essentia, neque relatio, quod est inauditum commentum, & paradoxon; ecquid enim erit generatio si relatio non est, nisi mutatio? quam in Deitate meditari impiū est.

Postremò arguitur ponendo argumentum à relatione: Relatiuum enim & absolutum ita sunt opposita penes modos diuersos entis, vt non possint eidem conuenire nisi per accidens; vt id quod est ad se essentialiter, potest esse relatiuum per accidens: ergo si persona diuina quatenus proprietate distinguitur ab alia est absoluta, solummodò per accidens poterit esse relatiua. Constat autem secundum fidem personas diuinas esse relatas, cum sit inter illas origo realis; ergo si absolutis constituuntur, erunt relata per accidens; in Deo autem nihil

A est per accidens; ergo sunt per se relata ipsis relationibus constituta. At verò Ioannes Scotus ait benè posse intelligi relationes aduenire personis absolutis; sicut spiratio actiua aduenit personis constitutis, & tamen non aduenit per accidens. Hęc tamen responsio non satisfacit, nam qui ponunt hypostasises siue personas relatiuas, dum intelligunt relationem spiratoris aduenire personis constitutis, duntaxat distinguunt relationem communem spiratoris à relationibus proprijs Patris & Filij; relatio autem non aduenit per accidens relationi, si eę ordinata sint, vt diximus lib. 3. at verò hypostasi absolutę tam relatio propria, quàm communis per accidens aduenit, vt arguendo monstrauimus.

Hęc autem argumenta petita à principijs philosophicis firmantur fidei Catholicę confessione, qua credimus personas esse relatiuas, Patrem, Filiū, & Spiritum Sanctum; & esse inter eas originē realem generationis & spirationis: quibus datis principijs euidentius colligitur, per eadem argumenta illas non esse res absolutas. Itaque diuina relationes subsistunt, & sunt proprię personarum, & nihil illis deest quominus sint proprietates; illę autem absolutę proprietates res sunt sine nomine inauditę superuacaneę: ergo nullo modo constituendę sunt.

Iacobus Viterbiensis quodlib. 7. q. 3. art. 4. existimauit personas distingui per modos quosdam absolutos; quę opinio iisdē argumentis refutatur quatenus ponit absoluta. Et præterea absurdus est, quòd modos attribuat rei simplicissimę; sunt enim modi rerum imperfecti, exceptis modis intrinsecis, qui in ipsa ratione formali rei continentur, vt esse per se, & alij.

Confirmatio.

S Anctus Gregorius Nazianz. fertur primus nuncupasse diuinas proprietates relationes, libr. 3. Theolog. quod erat inauditum hæreticis: sed nomina ipsa relationum à Christo Domino accepimus, scilicet Patrem, Filiū, ac Spiritum Sanctum, quę sunt nomina relatiua; & has esse personarum proprietates passim asseuerant antiqui Patres, S.

hilest per accidens. Responf. Scott.

Refutatur.

Ex lib. 3. c. 17. n. 12. Relatio nō aduenit relationi p accidens, si illę ordinata sint, bene tamen absolute hypost.

19.

Dictę probationes fidei confessione firmantur.

Diuina relationes subsistunt, & sunt proprię personarum, & nihil illis deest, vt sint proprietates.

20.

Sententia Iac. Viterb. Refutatur vt 1. sent.

Absurdior est quā 1. sententia Ratio.

21.

S. Nazianz. primus proprietates relationes vocauit. Rectè sic vocantur. Matth. 28. Patres. S. Epiph. Epipha

Epiphanius lib. 3. aduersus hæreses, heresi 73. docet paternitatem, & filiationem indicare naturam Patris, & Filij; naturam intelligit rationem formalem vtriusque. Ioannes Cypariolita decade 9. cap. 4. ex S. Dyonisio refert relationem personas distinguere. Et S. Athanas. Dialogo 1. contra Anomeos. Sæct. Gregor. Nazianz. oratione 1. & 4. S. Basilius serm. de fide, & lib. 1. & 2. contra Eunomiũ; & Nissenus in lib. ad Alabium in fine; & S. Cyrill. lib. 1. Theauri cap. 4. & lib. 7. Theauri cap. 1. & alijs sapius eisdem consentit. Et S. Ioan. Damasc. lib. 1. fidei Orthod. cap. 10. *Quicquid (inquit) habet vna persona, habet & alia, præter innaſcentiam, generationem, & processionem;* quæ sanè sunt proprietates relatiuæ. Et subiicit apertissimè. *In his enim solis proprietatibus personalibus differunt ab inuicè tres Sæcti exypostases.* Dũ dixit in solis his differre, manifestè refutauit absolutas proprietates, quæ nullæ sũt. S. Iustin. martyr, in expositione fidei in principio idem sensit. Et S. Anastas. lib. 1. de rectis fidei dogmatibus. S. Hieronymus in expositione Symboli S. Damasi, aut quicumque illius operis auctor sit, personas ait proprietate distinguere; loquebatur autem de proprietatibus relatiuis. S. Ambros. lib. 1. ad Gratianum de fide, cap. 2. inter Patrem, & Filium generationis distinctionem ponit, & lib. 4. cap. 4. *Generare, inquit, non substantiam, sed proprietatem significat.* S. Augustin. in libris de Trinitate non solum hoc docet, sed sapius explicat, & declarat ac si futura disceptationi prouideret: Nam lib. 6. cap. 2. affirmat Patrem & Filium in absolutis cõuenire, ac solum relatione distinguere; & idem docet 7. de Trinitate, cap. vltim. & lib. 9. cap. 1. lib. 5. cap. 5. 11. 13. & 14. & tractat. 39. in Ioannem. *Hoc solo (inquit) numerum insinuant, quòd ad inuicem sunt, non quòd ad se sunt.* Quid clariùs? In hoc solo docet numerum cerni quòd ad inuicem sunt, scilicèt quòd referuntur inter se; non quòd ad se singulæ personæ sunt secundum absoluta; sola ergo relatio cernitur in numero personarũ, & absolutum in vnitæte essentia. Idem docet serm. 38. de tempore, si tamen Augustino ij. sermones attribuendi sint. Idem docet S. Fulgentius de Fide ad

A Petrum cap. 1. & 2. idem S. Bernard. lib. 5. de consideratione ad Eugenium c. 8. suffragatur S. Anselm. S. Augustini confessor planissimè lib. de Incarnatione cap. 3. & de processione Spiritus Sancti cap. 1. 2. & 3. affirmans solam relationem multiplicare personas. Et c. 2. edidit theorema illud vſitatissimum, *In diuinis omnia sunt vnum, vbi non obuiat relationis oppositio,* quo vtitur Concilium Florentinum sess. 19. Item Richard. lib. 2. cap. 5. *Notandum (inquit) quòd huiusmodi differentia proprietatum in solo constat numero producentium.* Et eadem est ratio de solo numero relationum. Et Boetius lib. de Trinitate ad finem ait solam relationem multiplicare Trinitatem. Et Albinus Alcuinus lib. 1. de Trinitate affirmat nihil ad se dictum, plurali numero esse dicendum in diuinis, id est, nihil absolutum multiplicari. Et consentiunt omnes Scholastici, quos refert Dyonisius Carthusianus ad numerum, d. 26. q. 2.

Accedunt definitiones Conciliorum. Et petimus primum locum arguendi à Concilio Florentino sess. 18. vbi Patriarcha sapientissimus Hierosolymorum Ioannes agens partes latinas sic inquit. *Sola relatio apud omnes tam Græcos, quam Latinos Doctores, diuina processione personas multiplicat; ita vt non vlla alia ratione, quam vi relationis Pater à Filio, ac vna persona ab alia differat.* Quæ verba nullum commentarium permittunt, sed explicatissima sũt, & solam relationem vi sua personas distinguere attestantur; eamque omnium Doctorum fuisse perpetuam sententiam. Sed ipsum Concilium Florentinum sess. 19. vtitur axiomate Boetij: *In diuinis omnia sunt vnum, vbi non obuiat relationis oppositio;* quod plane confirmat sententiam Ioannis. Præterea in Concilio Toletano 11. in professione fidei sic definitur, *Quæ cum relatiuè tres personæ dicantur, vna tamè naturalis substantia creditur.* Et infra. *In relatione personarum numerus cernitur.* Proponamus ergo exemplum clarissimum: Duo homines qui relatiuè dicuntur, scilicèt Pater, & Filius, neq; dicuntur duæ personæ relatiuè, neq; duo relatiuè, sed dicuntur duo relata. Dum enim dicitur quòd sũt duæ personæ relatiuè, indicatur numerum à relatione prouenire;

S. Bernard.
S. Anselm.
Axioma eius, quo vtitur
Conc. Flor.
Richard.
Boet.
Albin. Al.
Omnes Scholastici apud
Carthus.
22.
Concilia
Ioan. Theol.
Conc. Flor.
Idem Cõu-
vtes axioma
te prædicto
Boetij.
Cõc. Tol. 11.
Testimoniũ.
Testim. 2.
Pro t. ex. pl.
Duo homines
relatiuè di-
nec sũt duæ p-
sonæ relatiuè,
nec duo relati-
uè, sed duo re-
lata.
Ratio.

Ioan. Cypar.
ex S. Dion.
S. Athanas.
S. Nazianz
S. Basil.
Nissen.
S. Cyrill.
S. Damasc.
S. Iustin.
S. Anastas.
S. Hieron.
S. Ambros.
1. locus.
2. locus.
S. Augustin.
multis in lo-
cis.
Idem
Idem.
S. Fulg.

nire; quare neque duę personę relatiuę, neque duo relatiuę dicuntur homines duo: hoc autem ipsum Concilium explicauit. *In relatione*, inquit, *personarum numerus cernitur*; ergo absque dubio à relatione est numerus; ergo & distinctio à relatione petenda est. Sed præterea additur, *Ergo hoc solum numerum insinuat, quod ad inuicem sunt; & in hoc, numero carent, quod in se sunt, id est, absoluta sunt*. Quibus verbis nullus reliquus est cunctandi locus; siquidem solum hoc definitur numerum insinuare quod ad inuicem sunt, hoc est, referuntur. Et confirmatur nostra sententia, quia ista verba de præopta sunt ex S. Augustino tract. 39. in Ioannem, quem locum paulò antea recitauimus; August. autem clarissimè credidit solam relationem facere numerum in diuinis vsque adeò, vt dubitaret quomodo dicerentur personę tres, quia nomen personę videbatur nõ relatiuum, sed absolutum; ergo ipsa verba Concilij ab August. petita iuxta mentem S. Augustini accipienda sunt; aliàs essent potius explicanda, quàm vsurpanda. Est ergo definitio Concilij Toletani luce illustrior. Et in Concilio Vuormaciensi in cõfessione fidei, distinctio personarum explicatur per hoc, quod Pater non est ad se, sed ad aliud.

Deindè probatur Catholica sententia ex eo quod nomina personarum sunt relatiua Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus; & Baptismus institutus est in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Et primę Ioannis ultimo, *Tres sunt qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus*. Et omnes Patres interpretantur, *Verbum*, esse nomen relatiuum; aliàs esset substantia, siue essentia intelligibilis à Patre distincta, vt verbum nostrum ab intellectu distinguitur secundum essentiam. At verò S. Damasus in suo symbolo, quod habetur apud S. Hieronymum, definit hæc esse propria nomina personarum. Quod si personę essent absolute, nomina relatiua non essent propria, sed accommodata, vt Socrates dicitur filius Sophronisci, cuius nomen proprium non est filius Sophronisci, sed Socrates. Hoc ipsum eõfirmatur, quia symbola Ecclesię, & omnia Concilia iisdem nominibus relatiuis nuncupant personas diuinis, & iisdem profitentur esse personas distinctas, vt licet

A animaduertere in symbolo Apostolorum, & Nysseno, & S. Athanasij, & in Concilij præsertim Lateranensi cap. *Firmiter*, & cap. *Damnatus*.

Vt igitur aperiam id quod sentio de opinione Ioannis à Ripa, prius est explicandum, an quæstio sit de re ipsa, an de nostro modo intelligendi, quo personam cõstituimus, & distinguimus. De re ipsa loquendo existimo hæresim esse damnatam in Concilij, & maximè in Toletano quod quis credat esse in Deo res absolutas tres, sed vnã rem simplicissimam absolutam, & tres res relatiuas.

B Ioannes Scotus commentarium affert Concilij Toletani pro tuenda opinione Ioannis à Ripa, scilicet, quod *in relatione personarum numerus cernitur*, id est, indicatur, ita vt possit persona esse absoluta, & indicari siue significari per relationem. Sed tamen licuit aduertere Doctõri subtili, quod Concilium non potest explicari ad libitum hominũ. Igitur Patribus, & Doctõribus vniuersis consentientibus, & omnibus Ecclesiasticis sanctionibus acclamantibus relatiua, ille cõmentarius cõtrari⁹ nullus est. Reliquum est autè vt definitio Concilij simpliciter recipiatur, scilicet, quod in relatione numerus personarum cernitur, siue indicatur, siue significatur, & si libet ita dicere, quod relatio sit signũ numeri; dummodò hæc omnia idem significant, quod Concilium definiat, & personas esse relatiuę plures. Et id quod subdit, quod sola relatio multiplicat; nõ absolutum, sed sola relatio. Hæc est ergo veritas Catholica quibuscunque verbis significetur.

Explicat etiam Scotus Concilium Florentinum, quod *Pater omnia dedit Filio præter esse Patrem*, quod simul excipitur cum paternitate proprietate absoluta, quę cum illa coniuncta est, quam etiam non dedit Filio. Vellem tamen aliquando persuasum esse Theologis, quod nulla nobis facultas data sit interpretandi Concilia ex proprio capite refragantibus Patribus & communi sententiã; quod si interpretari non licet, hoc nobis incumbit, vt simpliciter acquiescamus. Sed vt ad rem veniamus, ista explicatio penitus inutilis est, nam si aliundè sciremus esse proprietatem absolutam in Patre, rectè diceremus cum paternitate

Relatiua nomina in symbolo Apostolorum, Nysseno, & S. Athanasij, Conc. Lat.

24.

Censura, si quæstio sit de re.

1. Sent. est hæresis damnata in Concilio, maximè in Toletano.

25.

Scoti

explicatio ad 2. testimonium Conc. Tolet.

Improbatur.

Est contra Patres, & Doctores omnes.

Idem Conc. in 3. testimonio, vt n. 21.

26.

Scoti

explicatio ad Conc. Flor. adductum lib. 2. c. 32. n. 2.

Concilia non sunt ex proprio capite explicanda refragantibus Patribus.

Ista explicatio improbat ut futillis.

Pro 1. explicatio ex 2.

3. Testimonium clarissimum.

Confirmatio. Hęc verba sicut sit Concilium ex S. August. 2. sent. patrum.

Cõf. Vuorm.

23. Sacra pagina propria nomina personarum sunt relatiua, quę habemus Mat. 28. 1. Ioan. ult.

S. Damasus. Apud Hieron. in suo symbolo ita definit. Nõ essent nisi accommodata nomina si personę essent absolute.

Exemplum.

Confirmatio ex Symbolis Ecclesię, & Conc.

Ex nullo loco script. Concil. aut Patrum habetur proprietatem esse absolutam.

ternitate coniunctam intelligi, & concomitantem. Cum verò ex nullo loco sancti eloquij, aut Conciliorum, aut etiã Patrum constet esse proprietatem absolutam; per hoc ipsum quòd definitur Patrem omnia dedisse præter esse Patrem, definitur id quòd est consequens nõ esse scilicet in Patre proprietatem absolutam; nam & relationem spiratoris communicat Filio. Hæreticum ergo est dicere Patrem esse personam absolutam, & aliquid absolutum præter paternitatem non dedisse Filio.

27. Censura, si quæst. sit de cõstitutione per intellectum, 1. scilicet est error, & proxima hæresi. Non est planè hæretica. Ratio.

Si verò loquamur de constitutione personæ quæ est per operationem intellectus, hæresi est proximũ, & error aperitissimus ponere tres proprietates absolutas; quia hoc recidit in hæresim eandẽ quòd sint tres res absolutæ. Sed in cõstitutione rationis non est planè hæreticum: quia potest esse aliqua tergiuersatio; potest enim dici, quòd relatio vt subsistit subsistentiã absolutã constituit personam, vt quibusdam viris doctis visum est; & ideo dici tres proprietates absolutas, quoad subsistentiã: vel si quid aliud occurrat ad minuendum errorem Ioannis à Ripa. Nouus commentator quidam Scoti satis argutus, cõcedit errori esse proximam istam sententiam; & Carthusianus affirmat contra Ecclesiæ statuta eandem sententiam pugnare.

Et censura est Rad. cõs. 23.

Carthusian.

28. Non est error aliquis negare quòd relatio constituit personam.

Est error idem hic refutatus negare personam distingui relatione.

Præterea licet error sit contra fidem ponere proprietates absolutas, & parũ distet ab hæresi; non est tamen error aliquis negare, quòd relatio constituat personam; quia nomen constituendi est æquiuocum apud Theologos, vt dicemus. Quòd si quis neget personam distingui relatione, in errorem incidit eundem; nam in relatione numerus cernitur, in numero autem distinctio. Ex qua definitione concluditur quòd vel relatio est ipsa persona distincta, vt dicebat Præpositius; vel potius est forma, siue proprietate distinguens, vt contra Præpositium ostendimus.

CAPVT LII.

Argumenta refelluntur.

Scoti 1. Argum. ex Prouerb. 30. Ad huc locum

Pro partibus Ioannis à Ripa arguit Ioannes Scotus ex verbis Prouerb. 30. Quod est nomen eius, aut nomen Filij eius, si nostis? Quæ enim locum sic enar-

A rat vt videamur ignorare proprium nomen eius, scilicet primæ personæ, aut proprium nomen Filij; ergo Pater & Filius non sunt propria nomina, hæc enim habemus, illa ignoramus: nomina ergo propria quæ ignoramus, absoluta sunt non relativa.

eiusdem explicatio.

Secundò arguitur ex S. August. 7. de Trinitate cap. 1. vbi ait omne relatam esse aliquid absolutum præter ipsam relationem; ergo vt persona diuina sit relatata, prius est absoluta, prioritate, in quã, rationis, quia relatio in absoluto fundatur. Et confirmatur, quia id quòd refertur simpliciter est absolutum, ex eo enim quòd est ad se, potest esse ad aliud; ergo persona simpliciter est res absoluta.

2. Argum. ex S. August.

Confirm.

Tertiò: Relatio postulat extrema distincta; ergo aduenit distinctis; ergo personæ diuinæ prius distinguuntur absolutis, & tunc aduenit relatio.

3. Argum.

Quartò: Conceptus abstractus est prior concreto, quia est simplicior, & forma ipsa significata prior est, quàm res per formam constituta; vt albedo est prior cognitione, & causalitate, quàm album: ergo paternitas est prior cognitione, quàm Pater: est autem paternitas simul cognitione cum filiatione opposita; ergo antequam intelligamus Patrem, intelligimus filiationem; ergo filiatio non est res procedens à Patre, sed inter personas absolutas est origo, & tunc aduenit relatio.

4. Argum.

Quintò: Id quòd procedit ordine cognitionis, est posterius illo à quo procedit; sed relatata sunt simul cognitione; ergo ante diuinas relationes, quæ sunt simul, intelligendæ sunt diuinæ personæ per absolutas proprietates constitutæ, vt vna procedat ab alia.

5. Argum.

Sextò: Relatio non est per se terminus actionis etiã in diuinis; prius enim intelligitur persona Filij genita quàm relatata: ergo prius cõstituitur proprietate aliqua absoluta.

6. Argum.

Septimò: Generatio actiua est à supposito, est enim operatio nõ naturæ, sed personæ; natura enim non generat, sed persona: prius ergo intelligitur persona, quàm generatio, & generatio ante paternitatem; ergo in ista antecedentia intelligitur persona constituta aliqua proprietate absoluta, cum antecedit relationem.

7. Argum.

Postremò deducuntur argumenta ab ipsa

8. Argum.

ipsa natura relationis, relatio enim est quaedam quidditas; quidditas autem est communicabilis; ergo nulla relatio est proprietas hypostatica, quā necesse est esse incommunicabilem. Præterea ex tribus relationibus divinis potest abstrahi conceptus cōmunis quidditatiuè, qui ex proprietatibus personalibus abstrahi non potest: nam proprietas personalis est simplex conceptus, qui non potest contineri sub conceptu communi; esse enim compositus ex communi, & particulari, & ea compositio inueniri non potest in conceptu simplici.

Aduertenda.

Hæc quæ proposuimus argumenta, suam habent difficultatē ad exercitanda ingenia, quorum accurata agitatio ampliorem locum obtinet hoc eodem libro; sed argumentorum solutiones indicābim⁹, vt possit perspicere quod nihil habeant solidi, nullumque faciant dubium in re certissima. Quod si disputatio sit de re ipsa, nulla est prioritas, nulla proprietas personæ, sed sunt tres relationes subsistentes, quas nos intelligimus per suas proprietates, constituendo personas nostro modo intelligendi. De constitutione ergo personæ, quæ est per intellectum, procedunt argumenta. Et hoc est, duntaxat obseruandū in quo questio hæc, vt in cardine versatur; quod relatio diuina quatenus est forma hypostatica cognita absoluto cōceptu cōstituit, & distinguit hypostasim, siue personam, & antecedit originem: at verò vt relatio est, relatiuo conceptu sequitur originem. Et hoc postea nobis tractandum est, quod S. Thom. docet 1. p. q. 40. ar. 4. & de potent. q. 8. art. 3. ad 7.

Aduertendum tamen est quosdā negare relationē prius cognosci, quā relatiuū: quia relatio, inquit, intelligitur in aliquo, cum esse in aliquo sit intimū relationi reali; ea autem sic cognita in aliquo, necessariò cognoscitur simul ipsum relatiuū, in quo est relatio. Et ita respōdēt ad argumentum vltimū negando quod Scotus assumit relationē prius intelligi quā relatiuū. Sed frustra illi negant formam relatiuā, vel aliam quamcunq; ordine rationis prius cognosci, cum in rebus creatis is ordo non solū sit rationis, sed naturæ; nam vt hoc libr. probatū est

A forma creata ordine naturæ prius producit, quā copuletur subiecto; & adhuc prius naturā copulatur subiecto, quā cōstet ipsum coniunctū ex subiecto, & forma, quia hoc coniunctū est effectus formalis formæ cōiunctæ, & formæ cōiunctæ significat causalitatem formæ antecedentem coniunctum, qui est effectus; ergo prius naturā producit forma cōiuncta quā ipsum cōiunctum ex subiecto, & forma. Quod si in rebus creatis inuenitur hic ordo naturæ, necessariò per analogiam in rebus diuinis est idem ordo rationis: & vniuersim abstracta, quia sunt priora simplicia, sunt priora concretis, saltem modo intelligendi, vt Deitas prior cognitione quā Deus, quia Deus saltem modo quodam intelligēdi addit ad Deitatem, est enim Deus is qui habet Deitatem; ergo cum paternitas (verbi gratia) significet relationem, quæ est pars constituens personā, ecquis Philosophus probè negare poterit eam esse cognitione priorē; sicut partes componentes sunt natura priores. Constat ergo est, quod Scotus rectè affirmat, cōsequencia enim illorum argumentorum inuāida est, & non formidanda. Verum est Marius Victor. lib. 1. contra Arium asserere, quale esse prius qualitate, & eodem lib. affert alia exempla concretorum, quæ sint priora abstractis: sed potest explicari quod subiectum quod est quale sit prius qualitate: sed ipsum quale formaliter iam est effectus qualitatis & posterius.

Responsio.

AD primum argumentum respondeatur, quod sermo est in illo loco Proverb. de cognitione quidditatiua, siue de perfecta comprehensione rei, & ideo dicitur vtrūque ignorari, quid sit Deus, & quid Filius eius sit, & quasi ab ignorantibus creditur, quod est nomē eius, &c. Est autem obseruandum moris esse Hebræis, vt nomen ponant pro re, vnde S. August. Psal. 9. *Cognitio nominis est, cum ille cognoscitur cui nomē est.* Aliter etiā explicat hunc locum Paulus Burgenfis Episcopus dist. 9. cap. 11. ad finem, quod per philosophiam naturalem non innotescit nomen Dei proprium, quod est tetragrammaton, neque nomen Filij personale: vel etiam loquitur de nominibus Patris, & Filij, qui per philosophiam non innotescunt, non enim cū

vt forma prius sit producta, imò coniuncta subiecto, quam constat coniunctū, cū sit effectus formæ cōiunctæ, vt cap. 8. p. 2. cap. 26. p. 2. n. 10. & p. 4. n. 5.

Per analogiā, idem est ordo rationis in diuinis.

Vniuersim abstracta sunt priora concretis, saltem modo intelligendi.

Exempl. Deitatis, & Dei.

Mar. Vict. ait quale esse prius qualitate.

Explicatur de subiecto.

Ad 1. arg. Ad locū Prou. 1. explicatio.

Mos Hebræorum; ponere nomen pro re S. Aug.

2. explicatio Burgenf.

Confirm.

9. Aduert.

Si quest. sit de re, nulla est prioritas, nulla proprietas personæ.

Quest. est de constitutione per intellectū. Veræ sent. summa.

S. Thom.

10. 2. Aduert. Quidā negāt relationē prius cognosci, quā relatiuū. Vsq. disput. 138. cap. 6. Fund. Sic respondēt ad 4. Scoti. Refelluntur.

In creatis ordo naturæ est

Inq. amol 19
lib. 1. q. 2. ad
1. q. 2. ad
3. Explicatio
Torres
Improbatur
Scotus explic.
repugnat
Ad 2. arg.
ex iplo.
Ad confirm.
Id quod refer
simpliciter est
absolutum.
Ipsa relatio di
uina, que fun
datur in origi
ne, fundatur
quasi remotè
ine sentia, vt
lib. 3. c. 24. & 30
n. 11.
Persona sim
pliciter est ef
fentia absoluta
sed nō est per
sona absoluta
propter ap, el
lationem, &c.
Prius intelli
gitur qd hęc
psona, sit De
quām Pater.
Ratio.
Relatio creata
aduenit abso
luto subsistēti:
diuina consti
tuit subsistēs.
13.
Ad 3. arg.
Relatio subsi
stens nō adue
nit distinctis.
S. Thom.
Nostro modo
intelligēdi re
latio cōceptu
absoluto disti
guit, relatio
aduenit distin
ctis, vt n. 9.

Christianis hominibus loquebatur, sed cum Ethnicis, vel Iudæis idiotis, quibus nomina personarum diuinarum non erant nota. Bartholom. Torres explicat quod inquitur ibi nomen Filij eius, scilicet Verbum, quod dicitur Salomon nomen Verbi esse occultum, quod fuit à Ioanne Euangelista declaratum, sed hæc expositio non est germana, nam apud Iudæos tam notum erat nomen Verbi quam Filij. Interpretatio autem Ioannis Scoti nō solum repugnat S. Damaso definiēti nomina personarum ea esse que nuncupamus, sc. Patrem, Filium, & Spir. Sanctum, sed est inutilis, & nullius momenti.
Ad secundum responderetur opus non esse, vt S. Augustini verba exponamus; siquidem ipse sibi interpret est eodem loco colligit enim ex eo quod relatio fundatur in absoluto, quod Pater diuinus sit etiam ad se quatenus Deus est, & non solum ad aliud, nisi enim esset substantia, non esset relatum. Ad confirmationem responderetur concedendo quod id quod refertur simpliciter est absolutum; fundatur enim relatio in absoluto, & ipsa relatio diuina, quæ fundatur in origine, aliquo modo fundatur in essentia quasi remotè, vt diximus lib. 3. Et ita Pater simpliciter est Deus, quod est absolutum, & persona ipsa simpliciter est essentia absoluta, vt S. August. colligit: nō tamen est persona absoluta; quia significatur propter appellationem, quod personalitas sit absoluta, quæ nō est nisi relatiua. At verò quoad ordinem rationis prius etiam intelligitur quod hæc persona sit Deus quam quod sit Pater, quia conceptus absolutus semper antecedit. Verum est quod in rebus creatis, quia relatio non subsistit, necessariò aduenit supposito absoluto; at verò relatio diuina quia subsistit nō est necesse quod adueniat absoluto subsistenti, imò ipse constituit subsistens relatum, vt dicemus.
Ad tertium respondetur, quod relatio subsistens, qualis est diuina, non aduenit distinctis, sed ipsa affert secum subsistēs distinctum ab alijs. Eodē ferè modo respondet S. Thom. q. 10. de potent. ar. 3. ad 4. relationes quæ sunt accidentia, aduenire subiectis distinctis: at verò nostro modo intelligendi relatio conceptu absoluto, vt forma hypostatica, distinguit; conceptu verò relatiuo, vt relatio est, aduenit distinctis.

A Ad quartum responderetur concedendo, quod abstractum antecedit cōceptum, & forma antecedit constitutum nostro modo intelligendi; & ideo paternitas, vt est forma hypostatica antecedit filiatio, quia adhuc conceptus non est relatiuus. At verò Pater, & Filius constituitur hypostaticè; tunc intelligitur paternitas conceptu relatiuo simul cum filiatio, & vtraque relatio conceptu relatiuo est simul cognitione, & consequitur personam. Quare non colligitur quod filiatio ordine cognitionis antecedit Patrem; nam filiatio, vt est forma hypostatica, est posterior personæ Patris, quia est terminus quasi formalis generationis; at verò vt relatio est relatiuo conceptu est posterior vtraque personæ, & simul cognitione cum relatione paternitatis. Eodem modo responderetur ad argumentum eam formam qua Scotus utitur, nam persona constituitur relatione, vt formam hypostaticam conceptu absoluto, & constituitur ex essentia, & relatione; quo pacto persona non est pars cōponens, sed potius est totum compositum: relatio verò relatiuo conceptu, eodem conceptu relatiuo constituit non personam, sed relatum, quod est quasi ex persona, & relatione compositum: & ita concedimus personam intelligi ante relatum relatiuo conceptu, sed vt relatum est persona conceptu absoluto non est pars componēs, sed est totum compositum ex essentia, & relatione absoluto conceptu: & omnia quadrant in constitutione diuinæ personæ, sicut in reali cōpositione creatæ personæ.
Ad quintum concedo, quod ordine cognitionis relatio vt relatio, est posterior origine & personis; ipsæ tamē personæ constituntur per relationem non vt relatio est, sed vt forma hypostatica, vt postea declarabimus.
Ad sextum responderetur, si sermo sit de rebus, relationes diuinas esse operatrices, & creatrices, quia sunt subsistentes in natura diuina: si verò loquamur de nostro modo intelligendi, relatum vt relatum conceptu relatiuo non est per se genitum, sed persona, quæ prius intelligitur genita, quam relata; ipsa tamē persona conceptu absoluto constituitur relatione, quatenus relatio est forma hypostatica; & eadē relatio quatenus relatio est, cōsequitur cōceptu relatiuo.

14.
Ad 4. arg.
ex n. 9. & 10.
Filiatio vt forma hypostatica est posterior personæ Patris, vt relatio relatiuo conceptu, est posterior vtraque personæ, & simul cognitione cum relatione paternitatis, vt n. 9.
Relatio relatiuo conceptu constituit nō personam, sed relatum, quod est quasi ex persona, & relatione compositum.
15.
Ad 5. arg.
ex n. 9. & 14.
16.
Ad 6. arg.
ex n. 9. & 14.
In re relationes sunt creatrices.
Nostro modo intelligēdi relatum vt relatum, non est per se genitum, sed persona, quæ prius intelligitur genita quam relata.
Ad

17.
Ad 7. arg.
ex n. 9. & 14.
Ad ult. arg.
Relatio dico
na non est quid
ditas, sed pro-
prietas.
Probatur arg.
ad hominem.

Obiectio
Scoti
ex hypothesi
quod Pater pri-
us spiraret, ac
deinde ipse &
Sp. S. d. g. g.
neret.
Respon.
Tunc spirator
ris relatio, nō
paternitas esset
proprietas Pa-
tris.

Cū mutata
relatione va-
rietur proprie-
tas, arg. retor-
quetur in Sco-
tum.
Ad confirm.
In diuinis cō-
ceptis relatio-
nis est cōmu-
nis analogus,
& includitur
in simplici cō-
ceptu particu-
larium.

Notio, est pro-
prietas illa per
quam persona
innotescit.
S. Basil.
S. August.
Alens.

Ad septimum respondetur eodē mo-
do, quod generatio est a persona consti-
tuta relatione hypostatica, quæ eadem
cōceptu relatiuo sequitur generationē.

Ad postremum argumentum respon-
detur diuinam relationē non esse quid-
ditatem; quidditas enim in Deo est es-
sentia diuina, siue natura absoluta, rela-
tiones autem sunt proprietates, & sunt
incommunicabiles: aliās Scotus qui ne-
gat diuinas relationes esse proprietates;
siquidem sunt quædam quidditates, cō-
fitebitur eas esse communicabiles, quod
est hæreticum. Sed arguit ille quod si,
quod est impossibile, Pater prius spiraret
Spiritus Sanctum quam gigneret, &
deinde ipse Pater, & Spiritus Sanctus
gignerent Filium, nomen Patris esset
commune duabus personis gignētibus;
& ita ex propria ratione Patris esse no-
men communicabile. Respondetur ta-
men ea hypothesi impossibili data, pro-
ptium nomen primæ personæ futurum
fuisse spiratorem: & ita relatio spirato-
ris esset proprietas, & paternitas non
esset hypostatica proprietas, neque esset
ea, quæ re vera est: quare, cum mutata
relatione varietur personalitas, argu-
mentum in Scotum retorquetur; indi-
cat enim hæc ipsa ratio arguendi, rela-
tionem esse proprietatem, & esse incō-
municabilem; qua mutata variatur per-
sona. Ad illud alterum respondemus
conceptū relationis in diuinis esse ana-
logum, & eo modo analogiæ esse com-
munem, & hoc commune analogum re-
tē includi cōceptu simplici rerum par-
ticulariū, de qua re plura disputabimus
lib. 5.

CAPVT LIII.

*Quinque sunt notiones diuinarum
Personarum.*

Siquidem personarum diuinarū pro-
prietates relatiuas esse decretū est;
quot sint ex proprietates succedit qua-
stio disputanda. Est autem notio apud
Patres, & Doctores illa proprietas per
quam persona innotescit: quo nomine
vtitur S. Basil. epist. 43. & lib. 2. cōtra
Eunom. vocat notas & characteres per-
sonarū. Et S. August. 5. de Trinit. cap. 6.
eodē nomine vtitur. Alexand. etiā Alē.
1. p. q. 68. ar. 2. mēb. 2. notionē esse quæ
hunc ab illo distingui notū facit. Itaque

A non solum discerni personas, sed notum
facit esse distinctas; ita vt ipsam notionē
notissimam esse opus sit. Idem docet S.
Thom. d. 13. ar. 2. ad 2. & Albert. art. 8.
S. Bonau. d. 26. q. 4. Est autē notio per-
sonarum diuinarum non definitio pluri-
bus nominibus compacta, sed simplex
nomen vt paternitas, filiatio nam & no-
tio formalis, quæ est in mēte, est simplex
intelligentia, vt colligit ex Tullio Boe-
tius super Topica: & sūt notiones quin-
que, vt omnes consentiunt, in Patre in-
nascibilitas, & paternitas; in Filio filia-
tio; spiratio etiam actiua, quæ est cōmu-
nis Patri, & Filio; & spiratio passiua, quæ
est proprietas Spiritus Sancti. Caput
diuidimus in partes duas.

B Pars prima: *Quinque sunt notiones in
diuinis.*
Secunda: *Ingenitum est notio, & pro-
prietas solius Patris.*

PRIMA PARS.

Quinque sunt notiones in diuinis.

Prepositius negat nomina abstra-
cta in Deo, vt lib. 1. diximus: nega-
bat etiam notiones personarū, quæ no-
minibus abstractis enunciantur. Con-
tra quæ disputat S. Thom. 1. p. q. 32. art.
2. Et cum probatum iam sit conceden-
das esse proprietates constituentes per-
sonas, opus non est iterum probare dā-
das esse notiones, cum proprietas, & no-
tio idem sit. At verò nomina abstracta
maximè cōueniunt rebus diuinis, prop-
ter simplicitatem ipsam diuinam, quam
Prepositius commēdare cupiebat: ha-
bent enim nomina abstracta modū sig-
nificandi simpliciorē; quia nomen pa-
ternitas verbi gratia, solam paternita-
tem significat; Pater autem significat pa-
ternitatem, & eum qui habet paternita-
tem; sunt enim nomina concreta com-
posito modo significationis, & idcirco
dicuntur cōcreta. Sunt ergo notiones iā
numeratæ quinque: innascibilitas, pater-
nitas, filiatio, spiratio actiua, & passiua.

Sciendum autem est, quod notio est
quædam dignitas personæ, siue vt S. Tho.
ait q. 32. ar. 3. notiones sunt prædicata
nobiliora personarum. Et idem docet
Alexander Alens. 1. p. q. 68. ar. 2. memb.
4. & Gandau. in summa ar. 55. q. 4. Her-
uzus, & alij. Est quippè hæc communis
opinio.

S. Thom.
Alb. Magn.
S. Bonau.

Notio perso-
narum est sim-
plex nomen,
vt paternitas.
Sic notio for-
malis in men-
te est simplex
intelligentia.

Ex Tullio
Boetius.

Notiones
quinque.

I.
Præposit.
negat abstra-
cta, vt lib. 1. c.
44. n. 16.
Item notio-
nes.

Contra eum
S. Thom.

Itē doctrina
c. 49.

Proprietas, &
notio, idem.

Nomina ab-
tracta maxi-
mè cōueniunt
rebus diuinis.

Habent sim-
pliciorē mo-
dum significā-
di.

Ostenditur.

Notiones
quinque, vt su-
pra.

1. Aduert.

Notio est dig-
nitas personæ;

S. Thom.

Alens.

Gandau.
Heru.

S. Damasc.

mod. T. 2.
no. M. dia
Explicatur. 2.
Notio per
am. sis. m. r. a.
nomen. p. l. e. x.
Lib. 3. c. 31. p.
3. n. 14.
nom. d. i. a. l. i. a. m.
x. i. q. u. i. d. s. i. s. e.
a. t. t. a. p. e. l. l. i. c. i. t. u. r.
n. o. m. i. n. e. 3. n. e. 2.

2. Aduergetur
Proprietates, &
notio amplif-
simae.

Ea est quid-
quid pertinet
ad personas.

Sic etiam ori-
gines sūt pro-
prietates, & no-
tiones.

Adiecte quin-
que notionib;
non dicuntur
nouem: quia
origo, & rela-
tio censentur
quasi eadē pro-
prietates, & no-
tio.

Spiratio, acti-
ua, etsi comu-
nis Patri, & Fi-
lio, dicitur pro-
prietates, & no-
tio, quia differ-
nit eos ab Spi-
ritu Sancto.

4.
Proprietates per-
sonalis & no-
tio personalis
strictae.

S. Thom.
Ea est quae per-
sonam consti-
tuit.

Sic solum
sunt tres.

Innascibilitas
est negatio.

opinio. Quocirca interpretandum est quod ait Damascenus libri fidei ortho-
doxae, cap. 1. ingenitum non esse digni-
tatem; quae tamen est notio Patris: hoc
enim dicitur Patrem Filio preferantibus.
Nihilominus dicendum est nostro mo-
do intelligendi ingenitum significari ut
dignitatem unius Patris, de qua re lib.
3. disputatum est, quo pacto dignitas,
sive perfectio personalis non sit addita
naturae; neque faciat numerum perfe-
ctionis in personis.
Secundo igitur loco aduertendum est,
quod nomen, notio sive proprietates, vsur-
patur aliquando ampliori significatio-
ne, & nonnunquam magis distincte. Am-
plissima significatione quicquid perti-
net ad personas diuinas dicitur proprietas,
& notio; nam essentialia sunt com-
muna, relata propria. Et ita origines
sunt etiam proprietates, & notiones, &
ita vsurpatur nonnunquam a Doctori-
bus, cum disputant illam questionem,
vtrum persona constituatur per origi-
nem, an per relationem, ut postea dice-
mus. Quauis ergo quinque notionibus
iam numeratis adicias quatuor origi-
nes, sive processiones, non tamen sunt
nouem notiones, quia origo, & relatio
censentur quasi eadem proprietates, & no-
tio, verbi gratia, paternitas, & generatio
actiua est eadem notio, & proprietates Pa-
tris, iuxta morem loquendi sanctorum,
& ita ponimus quinque duntaxat no-
tiones; spiratio etiam actiua, quamuis
sit communis duabus personis, dicitur
tamen proprietates, & notio, quia per istam
proprietates, & notionem discer-
nimus Patrem, & Filium ab Spiritu San-
cto.

Alio modo dicitur proprietates perso-
nalis, & notio personalis, ut S. Thom.
loquitur, eaq; sola proprietates, sive notio
personalis est, quae personam constituit.
Qua nominis vsurpatione solum sunt
tres proprietates, sive notiones perso-
nales, scilicet paternitas, filiatio, & spi-
ratio passiva, quae constituent tres per-
sonas; spiratio verò actiua non est notio
personalis, quia est communis duabus
personis, & non constituit personam,
sed aduenit constitutis, ut dicemus. Innascibilitas
etiam non est proprietates, sive notio personalis,
quia quamuis sit solius Patris, non tamē constituit istam
personam, quia non est forma constitutiva,

A sed negatio, ut p. 2. capitis dicemus. Sūt
ergo notiones, sive proprietates quin-
que, scilicet innascibilitas, paternitas,
&c. Relationes sunt quatuor; innascibi-
litas enim non est relatio, quae excepta
manent relationes quatuor; proprietates
autē, sive notiones personales sunt
tres. Nomen autem notionis apud S.
Augustinum reperimus lib. 5. de Trinit.
cap. 6. & S. Basilium epistol. 43. Theolo-
gi frequentius vsurparunt.

Vnum est dubium quod Ioānes Sco-
tus in 1. d. 28. q. 1. ar. 3. objicit, siquidem
Pater dicitur ingenitus, quia a nullo gignitur
aut procedit; quare Filius cum Patre
simul non dicitur inspirabilis, siquidem
neuter spiratur, hoc est, per spirationem
neuter procedit? Et licet Scotus nō au-
deat ponere novam notionem, ut comu-
nententiae vnus non obsistat, non dabi-
tat tamen ponendam esse, nisi ratio ali-
qua afferatur discriminis, ut innascibili-
tas sit notio, inspirabilitas non sit notio.

Hoc quod Ioan. Scotus sibi vult ostē-
di facile est prestare; suppetunt enim ra-
tiones plurimae istius discriminis: pri-
mum enim ipsum nomen inspirabilis no-
uum est, & praeterea æquiuocum; signifi-
cat enim Latine, id quod potest inspi-
rari, quare potius Spiritus Sanctus dice-
tur inspiratus atque inspirabilis, quam
Pater, & Filius; nouandum autem esset
nomen, ut inspirabile significet id quod
inspirari non potest. Nomen autem in-
genitum, Latinū est & vsitatum, notaeq;
significationis. Tres verò rationes pro-
ponit Thomas Caiet. Prima est propter
dignitatem, quia solus Pater est primum
principium processions; Filius autē est
principium a principio, & ideò dicitur

D Pater principium totius Deitatis ab Aug.
Observat autē S. Thom. 1. p. q. 33. ar. 4.
in 1. d. 28. q. 1. art. 1. ad 4. fin. in diuinis
non esse prius, & posterius, & ideò me-
lius dici Patrem ingenitum quam princi-
piū primum; per hoc enim quod dicitur
ingenitum, intelligitur quod non sit ab
alio, sed sit primum, & hoc pertinet ad
dignitatem; secunda ratio est quia apud
nos coniunguntur Pater, & genitus; Pa-
ter enim qui genuit genitus quoque est;
ut ergo intelligatur quod Pater Aeter-
nus ita est Pater quod non est alterius
Filius, dicitur Pater ingenitus. Ter-
tia ratio est confirmatio secundae, quia
in omni processione deueniendam est
ad

Proprietates si-
ue notiones 5.
relationes 4.
proprietates si-
ue notiones per-
sonales, 3.
Nomen no-
tionis apud
S. August.
S. Basil.
Apud Theolo-
gos frequentius

5.
1. Dubium ex
Scot.
Cur inspirabi-
litas non sit no-
tio, ut innasci-
bilitas.

2. Responsio.

Ratio discrimi-
natis.
Inspirabilis
nomen est no-
uum, & æqui-
uocum.

Tres rationes
Caietani, ob
quas innasci-
bilitas est no-
tio.

1. Ratio ob
dignitatem.
Solum Pater
est 1. princip.
processionis.
ex S. Thom.
In diuinis nō
est prius, & po-
sterius, & ideò
melius dicitur
Pater ingeni-
tus, quam 1.
principium.

Ingenitum
infert primum,
& pertinet ad
dignitatem.

2. Ratio
3. Ratio est co-
firma. secundae.

Per ingentū, sed innascibile, primum significatur.

S. Hilar. Ob ead. inspirabilitas non est notio.

1. Ratio. Non est dignitas.

Non significat primum, sed non ultimū in processione

2. Ratio. Quod Filius agnoscat non spiratus non opus est explicari.

3. Ratio. Quod Filius non sit spiratus, non significat processio nem deduci ad illum quasi ad primum, sicut innascibile.

7. Confirmatio. Absolutē prima negationibus explicatur.

S. Thom. ex Arist. Declaratur.

Ingentū significat principium non ab alio.

Torres.

A nullo procedere, est dignitas, non autem non procedere ab hoc seu omni processione.

Vt ita 2. principio sua est dignitas.

Non esse ultimū processio nis non est

ad primum; primum autem significamus cum dicimus ingentum, siue innascibilem; quare S. Hilar. lib. de synodis negat esse duos innascibiles, quia essent plures dii. At verò inspirabilitas propter rationes easdem notio non est: tum quia non posse spirari, non est dignitas; neque enim significat principium primum, sed significat quòd non sit ultimum in processione: innascibile verò significat quòd nullo modo procedat neque ut ultimum, neque ut medium; quare significat principium primū quòd est summæ dignitatis: tum etiam quia quòd Filius non sit spiratus non opus est explicari, nullus enim filius apud nos spiratus est, ut filium æternum dicamus non spiratum ad dignoscendum illum: tum denique quia quòd filius nō sit spiratus non significat processio nem deduci ad illum quasi ad primum, sicut significat innascibile siue ingentum, quòd Pater sit primus ad quem processio omnis refertur. Non est ergo inspirabilitas notio aliqua, sed nomen æquiuocum, & non usurpandum.

Non dissimilia sentiunt qui docent ingentum attribui Patri, quia ea quæ sunt absolutē prima negationibus explicamus, ut docet S. Thom. q. 33. art. 4. & d. 28. q. 1. ar. 1. & 2. ex Arist. 10. Metaph. cap. 5. neque enim affirmamus negationes solas cōuenire primis, aut quæ sunt secunda non posse per negationem explicari; sed eam quoque causam damus cur Patri ingentum attribuatur, quia est primum principium, qua dignitate principij primi spectata, nulla notio cōgruit magis Patri, quàm ingentū, quòd significat principium non ab alio. Hoc idem sibi vult Barthol. Torres affirmās ingentum esse notionem, quia negat utramque processio nem; inspirabile verò solam alteram processio nem negat; nimirum quia à nullo procedere est dignitas primi principij; at verò non procedere ab hoc, aut non procedere omni processione, non est dignitas. Considerandum enim est has dignitates intelligi more quodam politico, & idcirco principio primo deferri eā dignitatē primi quæ significatur nomine ingenti: principio autem secundo, scilicet Filio, sua est dignitas quòd sit principium, quæ est notio spiratoris; quòd autem non sit ultimum processio nis, hoc est, quòd non

A procedat vltima processione, nulla est dignitas Filij, sicut non est dignitas Spiritus Sancti quòd non procedat prima processione. Addit etiā Durand. d. 26. q. 2. inspirabile quòd spiratione nō procedit, contineri in ipsa notione spiratoris; spirator enim non spiratur, sed ipsa notione qua spirator dicitur est inspirabilis. Quòd si obijciat ingentum etiam cōtineri in notionibus Patris, quia qui generat, & spirat, improcessibilis est siue ingentus. Respondere possumus pro partibus Durandi, nomen, ingentū, explicare in Patre non vnam notionē, sed duas simul quæ pertinent ad rationem primi principij, scilicet quòd generet, & spiret; quamobrē congruē additur tertium nomen notionis, quòd complectitur duas notiones: at verò inspirabile cōtinetur in actiua spiratione; qui enim spirat, non spiratur; ergo nulla vtilitate additur notio inspirabilis; & hæc omnes rationes abundē persuadēt non esse cōgruē additam notionem inspirabilis; de congruitate enim addēdæ notionis disputamus; nullus enim de re ipsa negare potest Patrem, & Filium esse inspirabiles, hoc est, spirari non posse, cum potius spirent.

Quidam sunt quibus hæc nomina displicent, ut ingentum significet in Patre dignitatem quandam positiuam, quam eandem putant constituere personam Patris, ut postea disputabimus. Existimant enim negationem realem oriri ex aliquo positiuo, quòd antecedit in subiecto carente forma, quòd positiuum sit oppositum formæ, cuius carentia dicitur negatio: quòd acceperunt à Durando d. 28. q. 1. ar. 2. quare & ingentum in Patre dignitatem quandam positiuam significat, quam putant esse rationem principij primi, quæ sit relatio rationis, quia aduenit relationi. In secunda autē & tertia persona non esse ponendas notiones, quibus significamus esse alteram secundam, alteram tertiam. Hæc tamen elucidatio quæstionis modis omnibus improbatur: nam ut mittamus in locum alium nullam esse aliam dignitatem cōstituentem personam Patris; neque eam relationem principij esse rationis, sed realem, de qua re disputatum iam est: nullam causam afferunt discriminis inter ingentum, & inspirabile; vtrumque enim nomen tribuitur principio, illud

dignitas, sicut etiam non esse per primā processio nem.

Ex Durād. inspirabile cōtinetur in notio ne spiratoris.

Obiectio.

Respons.

Ingentum in Patre explicat duas simul notiones ad 1. principij pertinentes: quòd generet, & spiret. Vnde congruē additur,

De congruitate addēdæ notionis disputatur, non de re ipsa.

8. Circa hæc quorund. sent.

Vasq. disput. 37. cap. 5. 1. eius dictum: Ingentū esse dignitatē positiuam, &c. Fund.

Durand.

2. Dictū: eam dignitatē esse rationē 1. principij, quæ sit relatio rationis, lib. 3. c. 22. p. 2. n. 1. 3. Dictum.

Huius sent. 1. improbatio quoad 1. dictū vt infra, & vt lib. 2. c. 60. nu. 12. & 13. & n. 21. & 22.

2. Improbatio. Ea sent. non soluit 1. dub. Ostenditur 1.

Resp. ex qua
improbatur
3. dictu.

Ostenditur 2.

Inspirabile nō
significat 1.
nec 2. q. priu-
cipium. Spiritus
Sancti, nō
est 1. aut 2. nisi
ratione perso-
narum, vt lib.
2. c. 40. n. 7.

Ostenditur 3.
ex 1. dicto.

Inspirabile
significat ne-
gationem rea-
lem.

3. Improbatio
quoad fund.
1. dicti ex
Durand.

Afferio op-
posita fund.
Ostenditur 1.
Negatio solā
carentiam ad-
dit subiecto
formæ.

Aptitudo ad
formam nō est
opposita for-
mæ, sed consen-
tit cum illa.

Ostenditur 2.

Affertionis
explicatio 1.
Negationes
reales fundan-
tur in positi-
uo, sed non ad-
dunt necessa-

tribuitur principio generationis, & spi-
rationis; hoc verò soli principio spira-
tionis: ergo si nomen principij, cuiusque
est satis ad dignitatem, vt illi volunt; ex
hac parte non potius ingenitum, quam
inspirabile erit dignitas, & notio. Quòd
si ingenitum ex eo solum dicitur notio,
quia significat primum; non magis ex-
pedit cognosci Patre vt primum, quam
Filium vt secundum, & Spiritum Sanctum
vt tertium: ergo & hæc nomina erunt no-
tiones in diuinis, scilicet primum, secu-
dum, tertium. Sed adhuc non rectè at-
tendunt nullam se afferre questionis ex-
plicationem; inspirabile enim non sig-
nificat secundum, neque primum, quia
principium Spiritus Sancti non est pri-
mum aut secundum, nisi ratione perso-
narum, vt lib. 2. docuimus; quare Spira-
tor inspirabilis non significat secundum
principium, vt idè excludatur à notio-
nibus: quòd si significaret secundum,
non idè excludendum esset, vt commo-
strauimus. Ita verò cum inspirabile sig-
nificet negationem realem, iuxta eorū
doctrinā necesse est vt significet aliquid
positiuum, ratione cuius positiui nō mi-
nùs dicenda erit notio inspirabilis, quā
ingenici; quare nulla ratio discriminis
hic apparet, ob quam sit expungenda
notio, inspirabilis.

Illa autem sententia Durandi falsa
est, quòd omnis negatio realis conse-
quatur aliquod positiuum oppositū for-
mæ per negationem exclusæ: quia posi-
tiua sunt contraria formæ; negatio au-
tem nihil addit subiecto formæ, nisi ca-
rentiam illius; vt tenebrosum nihil ad-
dit aeri, nisi carentiam lucis; aliàs per
negationem adueniret quid positiuum:
aptitudo verò ad formam, quæ in nega-
tionibus realibus inuenitur, quia sunt
quasi priuationes, non est opposita for-
mæ, sed potius consentit cum illa; ergo
sub negatione nihil intelligimus positi-
uum oppositum formæ per negationem
exclusæ. Et hoc idè comprobatur, quia
illud positiuum oppositum non potest
simul inesse cum forma opposita; ergo
adueniret aliquid positiuum per solam
negationem formæ, quod nullo modo
potest intelligi. Facemur tamen nega-
tiones reales fundari in aliquo positiuo
quasi adæquato subiecto, siue fundamē-
to; sed nihil necessariò addi quod sit op-
positum formæ per negationem exclu-

A se, verbi gratia tenebrosum nihil tale
positiuum oppositū luci indicat. In for-
mis autem contrarijs inuenitur negatio
cum positiuo contrario, quia ipsa nega-
tio est colligata formæ contraria, vt in-
corruptibile indicat formam cœlestem,
quæ non potest de subiecto depelli; sed
negatio nihil addit, ratione sui positi-
uum quare vnitas enti nihil addit, neq;
infinitas, neque ingenitū, neq; ipsum in-
corruptibile, nisi solas negationes. Quo
modo verò ingenitum in diuinis indi-
cet aliquid positiuum, parte secunda ca-
pitis explanabimus; nam & hoc Patres
insinuarunt.

B Aliam verò notionem attribuere vi-
detur Spiritui Sancto Alexander Alexs.
1. p. q. 43. memb. 2. & S. Bonau. in 1. d.
13. q. 2. vt, sicut Pater dicitur ingenitus
quia à nullo procedit, Spiritus Sanctus
dicatur procedens quia ab vtroque pro-
cedit, scilicet à Patre, & à Filio. Sed nul-
la ratio hoc persuadet: nam procedere
à pluribus nullam indicat dignitatem.
Et si enim in diuinis procedere sit qua-
dam perfectio, & excellentia, quæ po-
test dici dignitas, & verè est dignitas, ea
includitur in notione Spiritus Sancti,
sicut in notione Filij, quòd gignatur;
quæ processio passiuæ non est notio di-
stincta à relatione procedentis, vt ob-
seruauimus; aliàs essent nouem notio-
nes. Præterea hæc dignitates iudicantur
quodam politico modo, quo principio
honorem deferimus; quo loquendi mo-
re Pater dicitur maior Filio apud Pa-
tres, vt lib. 3. enarrauimus. Et hac signi-
ficatione procedere nō est dignitas, sed
producere dignitas est; quare spiratio
actiua communis Patri, & Filio est quar-
ta notio, & dignitas. Processio autem
ab vtroque non est notio, aut dignitas.

C Dux aliæ notiones possent confingi,
scilicet quòd Spiritus Sanctus sit inge-
nitus & ingenitor: ingenitus, quia non
gignitur, quod tractabimus parte sequē-
ti huius capituli; ingenitor, quia non ge-
nerat; & in altero conueniret cum Pa-
tre, in altero cum Filio; quia cum Patre
commune est esse ingenitum, cum Filio
esse ingenitorem: imò & inspirator esset
proprietas Spiritus Sancti, quia solus
non spirat. Sed hæc nomina inconsueta
sunt: & præterea non significant digni-
tatem, quia non generare, non spirare
nullam significat perfectionem, neque
est

D Dux aliæ notiones possent confingi,

scilicet quòd Spiritus Sanctus sit inge-
nitus & ingenitor: ingenitus, quia non
gignitur, quod tractabimus parte sequē-
ti huius capituli; ingenitor, quia non ge-
nerat; & in altero conueniret cum Pa-
tre, in altero cum Filio; quia cum Patre
commune est esse ingenitum, cum Filio
esse ingenitorem: imò & inspirator esset
proprietas Spiritus Sancti, quia solus
non spirat. Sed hæc nomina inconsueta
sunt: & præterea non significant digni-
tatem, quia non generare, non spirare
nullam significat perfectionem, neque
est

rio quid oppo-
sitū formæ ne-
gata.

Explicatio 2.
In formis con-
trarijs inueni-
tur negatio cum
positiuo con-
trario.

Ratio.
Exempl.
Negatio nihil
addit rationi
sui, positiuo.

Exempla.
10.
2. Dubium
Aens. &
S. Bonau.
inuenitur
quòd sit notio
in Sp. Sancto
dici proceden-
tem ab vtroque.

Resol. neg.
1. Ratio.
Procedere à
pluribus non
indicat digni-
tatem.

In diuinis pro-
cedere pietas
& dignitas est
sed inclusa in
notione cuius-
que procedentis
Ostenditur
ex n. 3.

2. Ratio.
Dignitas iudi-
catur politico
modo, secundū
quæ procedere
non est digni-
tas, sed produ-
cere.

Declaratur
ex lib. 3. c. 33.
n. 17.

11.
3. Dubium.
Sintne notio-
nes Spir. San-
cti esse ingeni-
tum, & inge-
nitorem?

Idem de inspi-
ratore.
Resol. neg.
1. Ratio.
2. Ratio.

11. non simul

Resol. eadem de processibili seu processione ab alio. Ratio ex S. Thom. Notio significat singulare quid in vna persona, aut duabus. Cum communitate reali coniungitur unitas rei singularis. Processio sola ratione est commune quid duabus personis. Resol. eadem de principio. Ratio. Quidam posuerunt notionem. De hac re. Barg. ponit. Quinque afferuntur. Hic numerus a S. Thoma colligitur ex duplici origine. Card. Sern. colligit in diuinis 4. specibus numeri. 14. Dubium: Sicut diuersa nomina vnius personae, diuersae notiones? Resol. Est vna notio diuersis nomi-

est nomen dignitatis nostro loquendi modo. Sed neque processibile est notio, quauis sit quid commune Filio, & Spiritui Sancto; quia vt S. Thom. ait, p. q. 32. artic. 3. ad 5. notio significat singulare quid in vna persona, aut duabus; quare spirare quae est operatio singularis licet sit communis Patri, & Filio communitate reali, cum qua coniungitur identitas, & unitas rei singularis, bonè quidem est notio: processio autem ab alio sola ratione est commune quid Filio, & Spiritui Sancto; nam re ipsa sunt duae relationes, non vna; & ita processio ab alio non est notio; sicut etiam principium non est notio Patris, & Filij, quia licet hoc nomen communitate rationis vtriusque sit commune, re tamen ipsa principium generationis non est in Filio: & ita principium, vt est re ipsa vnum cum genitore, & spiratore, est solius Patris; & non conuenit Filio, vt lib. 3. disputabimus. Similiter quidam posuerunt duodecim notiones, scilicet origines quatuor, & relationes quatuor, & ingenitum priuatiuè, & relatiuè, & in Patre inspirabile, & in Spiritu Sancto ingenitum: de qua re Alex. Alens. 1. p. q. 60. memb. 4. Sed satis hic omnia cōfutata sunt. Bargius in 1. d. 28. super 1. & 2. q. Scoti, & Ad 3. lit. C. iuncta d. 32. §. Ad 2. lit. M. ponit 32. notiones, quod est opinionis portētum. Non ergo sunt plures notiones, quam quinque, quarum numerus colligitur a S. Thom. 1. p. q. 32. artic. 3. ex duplici origine; nam in generatione, quae est prima origo, Pater est principium, & simul ingenitus, & Filius est res procedens per generationem; est ergo in Patre innascibilitas, & paternitas, in Filio filiatio: deinde est in Patre, & Filio spiratio actiua, in Spiritu Sancto passiua. Et ita sunt notiones quinque. Cardinalis Sernarius colligit in rebus diuinis numerum ad quatuor species dilatari: est enim in Deo binarius processionū, ternarius personarum, quaternarius relationum, quinariusque notionum. Adhuc dubitari potest, vtrum diuersa nomina personae sint notiones diuersae, vt Filius appellatur Verbum, & Imago? Facile respondetur esse vnam notionē significatam diuersis nominibus, & conceptibus; quia haec tria nomina sunt pro-

A pria personae, & significant proprietatē hypostaticam, diuersis quidem conceptibus, vt lib. 2. exposuimus. Quare cum originos, & processiones reuocemus ad relationes personales, nihil mirū quod nomina diuersa significantia eadem relationem personae pertineant ad vnam notionem. Aduertendū tamen est quod S. Thomas ait 1. p. q. 32. artic. 3. circa notiones accidere heresim, vel errorem in fide, scilicet si aliquis asseratur quod repugnet Ecclesiae documentis. Vnde diximus eos qui negant proprietates, & notiones sine quibus non possunt explicari re distinctione personarum, errare quam maximè in rebus fidei. Sed tamē si quis addat notionem aliquam, ita tamen vt in reliquis eius doctrina consentiat cū orthodoxa sententia, nulla nota erroris insignitanda est, vt si ponat inspirabilitatem esse notionem. Neque verò Doctores Theologi ita consentiunt in numero notionum, vt nefas sit adijcere aliquam, quae ad easdem pertineat, sed rectè assignatum esse numerū illum iuxta communem disputationē duntaxat discernunt. Et Thom. Caiet. non refutat opinionem inuentam a Ioanne Scoti quasi improbabilem, aut temerariam, quo nomine alij eam immeritò censent.

SECUNDA PARS.

Ingenitum est notio, & proprietas solius Patris.

Circa notionem innascibilis, siue ingeniti primū inuestiganda est nominis significatio. Et videtur nomen ingenitum minus commune esse, quam innascibile; natiuitas enim propriè est vuentium, generatio verò etiam non vuentium, quare ignis est genitus, siue generatus, non tamen natus, & idè est innascibilis, sed non ingenitus. Sed tamē in Deo, quia nulla est generatio, quae nō sit natiuitas, idem valet ingenitum, & innascibile. Verum est quod S. Anselm. libr. Monolog. cap. 54. asserit Spiritum Sanctum nō omninò esse ingenitū, quia genitū dicimus id quod est ab alio quocunque modo, vt ignis ab igne. Quod si non est omninò ingenitus, videtur esse aliquo modo genitus, cum tamen nullo modo sit natus, quia non est proles, aut

nibus, & conceptibus significata. Ratio ex lib. 2. c. 20. p. 2. n. 6. 15. Aduert ex S. Thom. Afferes circa notiones aliquid Ecclesiae repugnans, incidit in heresim, vel errorem in fide. Si quis addat notionem in reliquis consentiens doctrinae Ecclesiae, non errat. Caiet. Opin. Scoti de qua n. 5. im merito notatur vt temeraria. Praenot. Innascibile commune nomen est quam ingenitum. In Deo idem valet. Obijcitur S. Anselm.

Respon.
Spiritus Sāct.
nullo modo di-
citur genitus,
sicut nec na-
tus, vt lib. 2. c.
16. n. 1. & c. 18.
p. 4. n. 4.

Explicatur
S. Anselm.

Spir. Sanctus
non omnino
ingenitus, id
est, nō impro-
cessibilis.

1. Quæstio.
Resolutio.

Filius per hoc
quod est geni-
tus, non exclu-
ditur à Deita-
tis natura.

Opponitur
hæresis Arian.
Argum.

Additio An-
nomorum.

3. Occurritur.

Ingenitū vel
significat in-
creatū: vel nō
natum.

S. Damasc.

S. Cyrill.

ait scribi Gre-
cè, in 1. sig-
nific. agénito.

In 2. agénito.

In 1. est pro-
prietas diuinę
naturę.

In 2. proprie-
tas relatiua.

Ratio.

Negatio reuo-
catur ad habi-
tum.

S. August.

vt n. 17.

4. S. Athanas.

Filius. Sed tamen hæc locutio ita limā-
da est, vt nullo modo Spiritus Sanctus
dicatur genitus, quod verbum nusquā
apud Patres inuenitur: & à S. Anselmo
cautum est; nam etsi dixerit non omni-
nò ingenitum, non tamen dixit aliquo
modo genitum. Et libr. 2. ostensum est
Spiritem Sanctum non procedere per
generationem etiam cōmuniter dictā:
quare nullo modo est genitus, sicut ne-
que natus. Sed dixit S. Anselm. nō om-
ninò ingenitum, quatenus ingenitū sig-
nificat improcessibile, vt dicemus: at
verò Spiritus Sāctus non est improces-
sibilis: non tamen est in diuinis genera-
tio, quæ non sit natiuitas. Et idcirco in-
genitum, & innascibile in rebus diuinis
synonima sunt.

Primum ergo quod apud Patres dis-
putatum legimus circa hanc notionem
illud est, quod Filius à Deitatis natura
non excludatur per hoc quod est geni-
tus. Nam Ariani hæretici hoc argumen-
to insultabant Catholicis, contendentes
Filiū Dei non esse verum Deum, quo-
niam ingenitum dicebant esse proprie-
tatem diuinę naturę, imò quidditatem
ipsam diuinam. Et Anomai addebant
se comprehendere Deitatem, quia scie-
bant quid significaret ingenitum; & hæc
esse quidditatem, siue essentiam diuinā:
Filiū ergo quia genitus est, exclude-
bant à Deo, quia Deus ingenitus est.

Huic argumento occurrit communis
responsio Patrum, quod ingenitum su-
mitur duobus modis, tum vt significet
in creatum, tum vt significet non natum.
Ita sentit S. Ioannes Damasc. lib. 1. fidei
orthodox. cap. 9. & S. Cyrill. initio lib.
1. Thesauri, cap. 1. notat apud Græcos
discrimen esse quod ageniton vnico, n,
significat increatum, agennitō verò du-
plici, nn, significat non natum. Primo
modo est proprietatem diuinę naturę in-
genitum, & est communis tribus perso-
nis; quia Deus per se ingenitus est, hoc
est, increatus. Secundo modo Pater qui-
dem ingenitus est, hoc est, non natus;
sed Filius est genitus: significat enim
hoc nomen ageniton, duplici, nn, pro-
prietatem relatiuam, hoc est, negationē
natiuitatis; negatio enim reuocatur ad
habitum, vt disputat S. August. lib. 5. de
Trinitat. cap. 7. quod statim explicabi-
mus.

S. Athanasius in epistola de decretis

A Synodi Nyssenæ contra hæresim Aria-
nam testatur, hæreticos per summam
fraudem vsos esse hoc nomine, ingenitū,
vt significat increatum: quod ab Ethni-
cis acceperunt; nam vel etiam ex Sy-
billa refert S. Iustinus in exhortatione
ad gentes carmen illud,
Vnus Deus solus est pramagnus, ingenit⁹.

Eadem ergo nominis significatione hæ-
retici dicebant Patrem ingenitum, id
est, increatum, Filium verò genitum, id
est, creatum; cum tamen significatione
eadem non solus Pater sit ingenitus, sed
Filius quoque ingenitus, & Spiritus Sā-
ctus ingenitus, hoc est, increatus; est e-
nim nomen commune tribus personis,
vt diximus. Et ita S. Epiphanius lib. 3.
aduersus hæreses, hæresi 76. affirmat Fi-
lium, & Spiritum Sanctum, esse ingeni-
tos, hoc est, increatos; & eadem nominis
interpretatione refert S. Athanas. in epi-
stola de synodis Arimini, & Celeucię,
vsum fuisse S. Ignatium in epistola ad
Ephesinos, vbi vocat Christum quate-
nus Deum, ingenitum, hoc est, increatū.
Et videtur idem indicasse Auctor im-
perfecti operis (qui liber S. Ioanni Chry-
sostomo falso ascribitur) homil. 35. in
Matth. vbi Filium appellat ingenitum
de ingenito, quem locum immeritò re-
prehendit Sixtus Senensis in Bibliotheca
lib. 6. notat, 92. quasi cum Arianis cō-
sentientem; illi enim non Filium esse in-
genitum, sed genitum, hoc est, creatum
ajebant.

Itam ambiguitatem nominis inge-
niti notarunt S. Athanas. loco nunc cō-
memorato, & oratione 2. contra Aria-
nos, & S. Basil. lib. 1. contra Eunomium
idem indicat. Et S. Gregor. Nazianz.
oratione 3. de Theologia, Sanctus quo-
que Cyrillus, & S. Ioan. Damasc. locis
citatis, & Patres alij nomen, ingenitum,
æquiuocum esse, vt significet non crea-
tum, vel non natum. Et prima interpre-
tatione apud Philosophos vsitata nomē
esse Deitatis tribus personis diuinis cō-
mune; secunda verò significatione no-
men esse proprium Patris, quo à Filio
distinguitur, quia Pater ingenitus, hoc
est, non natus, Filius autem genitus, hoc
est, natus.

Eunomius verò hoc idem nomen in-
geniti, videtur in eandem hæresim signi-
ficatione absimili contorsisse, vt innuit
S. Basil. lib. 1. contra Eunom. vt ingeni-
tus

de fraude Aria-
notum in vsu
ingeniti i. sig-
nificatione.

S. Iustin.
ex Sybilla.

1. Significatio-
ne omnes per-
sonę sunt in-
genita, ex n. 3.

S. Epiphanius.

Item apud
S. Athanas.
S. Ignatium.

Auctor op-
eris imperf.
immeritò re-
prehenditur à
Sixto Sen.

5. Ingenitū, no-
men æquiuo-
cum, vt n. 3.
S. Athanas.
S. Basil.
S. Nazianz.
S. Cyrill.
S. Damasc.

6. Hæresis eadē
Eunomij, in-
genitum dice-
bat non gene-
rantem.
S. Basil.

S. Nazianz. Nices. Refatur. Philosophi Dicit dicebant ingentiu, non quia non gigneret, sed quia non esset genitus. Orpheus apud Clemen. Alex. 7. Instat arg. haeticorum in 2. signific. 8. Resp. Patru. Ingenitum non significat essentiam diuinam. Est contra Anomaeos. S. Cyrill. Ingenitum est negatio, q non explicat essentiam. Idem. S. August. Probat ratione. Pater & Filius non sunt similes in ijs, quibus differunt. 9. 2. Respons. S. Aug. Nomen, ingentiu, pertinet ad relatiua & significat priuationem geniti.

rus dicatur is qui non generat: & idem indicat S. Gregor. Nazianz. oratione in sancta lumina, & Nicetas in commentario: certe nescio quo significationis abusu, nisi forte ingentiu acceperit Euanomius pro abhorrente a generatione & ita appellabat Deum ingentiu, ut Filium Dei verum Deum genitum negaret. Philosophi tamen qui dicebant Deum ingentiu, non ea significatione dicebant; quia non gigneret; sed quia non esset genitus. Quia ratione Thracius Orpheus apud Clemen. Alex. oratione ad gentes, Deum ait ex se genitum, hoc est, ingentiu, a nullo alio genitum, & omnia genita ab illo his verbis, *En se vnus genitus, genita & sunt omnia ab vno.* Ingenitum autem, hoc est, non generatum, nullus Philosophorum dixit. Sed adhuc sublata nominis ambiguitate argumentum haeticorum instat. Nam vt ingentiu significet non natu; si Deus per se est ingentiu, hoc est, per se non natus, solus Pater, qui ingentiu est, Deus est; Filius autem Deus non est, siquidem natus est; & per se ingentiu non est. Ad hoc argumentum illud est primu quod Patres respondent, ingentiu no significare diuinam essentia contra Anomaeos, qui dicebant ingentiu esse terminum, hoc est, definitionem Deitatis, vt refert S. Cyrill. lib. 2. dialogorum de Trinit. Hoc autem falsitatis conuincitur, quia, ingentiu, est quedam negatio, quae minimè explicat essentiam, siue quidditatem diuinam; vt docet idem S. Cyrill. lib. 2. Thesauri, cap. 3. & 4. & lib. 11. cap. 1. & idem probat S. August. lib. 5. de Trinit. cap. 6. quia ingentiu negatio est, non substantia: & probat hoc ipsum ratione, quoniam Pater & Filius non sunt similes in ijs, quibus differunt, sed in eo in quo conueniunt, scilicet in substantia; ingentiu autem & genitum sunt vtriusque differentiae; ergo ingentiu non est substantia, sicut neque genitum substantia est, sed proprietates personae. Post hoc assertum, quod est ab omnibus constitutum S. Augustin. respondet ad arguentum, nomen, ingentiu, pertinere ad relatiua, quod postea explicabimus: quare, ingentiu, non solum non est diuina essentia, sed neque proprietates

A diuinæ essentiae; sed est proprietates vnus personae, sicut genitum est proprietates alterius. Idem indicat S. Greg. Nazianz. orat. 3. Theologiae, dum huic obiectioni haeticorum occurrit, *Vox enim ingentiu (inquit) hoc significat generationis expertem esse, non autem declarat quidnam naturam suam sit, id quod generatione caret.* Est itaque ingentiu proprietates personae, non naturae. Quare vt ibidem colligit non est necesse quod ingentiu & genitum differant naturam, quauis sint proprietates distinctae; quia in natura eadem possunt esse distinctae, sicut in substantia eadem sunt distinctae accidentia. Idem significat S. Cyrill. lib. 2. Dialog. illis verbis, *Vox autem ingentiu habet secum cogitationem quandam eius quod est non esse genitum, unde quodam modo genitum insinuat simul, cuius qualitatem effugere illa sua proprietate contendit.* Vocat autem proprietatem qualitatem, vt plures substantias caueat dicere. Ingenitum ergo est nomen insinuas relationem geniti, quam effugit, hoc est, cui est oppositum. Et ita indicat in eadem disputatione S. Cyrillus ingentiu esse proprietatem non naturam, sed personam; & lib. 11. Thesauri, cap. 1. probat esse quasi accidens, quia non significat substantiam diuinam; quae doctrina est bene hoc loco obseruanda. Vnde etiam D. Basil. lib. 1. de Spiritu Sancto, *Genitus (inquit) & ingentiu personae est differentia, non naturae: vbi ingentiu non accipit pro increato, quod est naturae, sed vt hic accipimus pro priuatione geniti.* Constat ergo Patrum responsio ad argumentum haeticorum; quod ingentiu, hoc est, non natum, non est proprietates naturae, sed personae. Quare et si Pater sit ingentiu, & Filius genitus; eandem tamen habet vterque naturam, & in eodistinguuntur quod ille ingentiu sit, iste genitus. Sed vltra obijcitur, quoniam natura diuina est per se ingenerabilis, ita vt omni natiuitate careat; quare neque creati potest, neque gigni, aut nasci; ergo Deus est per se ingentiu, hoc est, non natus; ergo Filius cum sit genitus non est Deus. Respondetur naturam diuinam non posse nasci, & hoc per se habere, vt nasci non possit; neque enim natura nascitur, sed persona: negatur tamen quod Deus per se ha-

S. Nazianz. Ingenitum est proprietates persona, non naturae. Genitum, & ingentiu non opus est differre natura, Ratio. Exemplum. S. Cyrill. Explicatur. Idem. Probat ingentiu esse quasi accidens. Ratio. S. Basil. 10. Colligitur constare Respons. Patrum. 11. Obiectio. Respons. Natura diuina per se habet vt nasci non possit.

Negatur hoc de Deo, quia sumitur concretè, & pro persona.

Conceditur, si sumatur pro Deitate.

Non tamen conceditur de persona, nam hæc in natura que nasci nequit, potest nasci.

12. 2. Quæst.

Resolutio, ut in tit.

13. 1. Explicatio, Ingenitum significare principium ingenitum. Refellitur à S. Thoma.

Ingenitum solam negationem significat, ex S. Aug. Probatur.

S. Thom. explicandus n. 17. & 18.

Ei consentit Scotus.

1. Explic. fuit S. Bonauent. Pro ea comēt. Vasq. disput. 140. c. 1.

Ingenitum materialiter significare positium, sc. fontalem plenitudinem.

Sic arguitur à S. Thom. Ratio.

se habeat ut nasci non possit; nomen enim, Deus, est concretum, & accipitur pro persona, & falsum est enunciatum quod Deus per se hoc habeat, ut nasci non possit, quia hæc est prædicatio per se, Deus nascitur, ut libr. 5. videbimus.

Si verò accipias nomen, Deus, pro natura ipsa diuina, concedimus quod nasci non possit; sed tamen non consequitur, ut persona nasci non possit; nam in natura que nasci nequit, potest persona nasci; & ita omnino refutatur argumentum hæreticorum. Quod verò nomen ipsum, ingenitum, non conueniat naturæ, quamuis illa nasci nequeat, statim declarabimus.

Post hæc disputatur inter Theologos, utrum, ingenitum, sit proprietas Patris, ita ut non conueniat ulli, nisi Patri? Et est concors sententia Patrum & Doctorum, imò Ecclesiæ præscriptum, quod ingenitum sit solius Patris proprietas.

Quidam ut hoc persuadeant dixerunt nomen istud significare duo simul, scilicet principium ingenitum, & hac significatione esse Patris proprietatem: quod rectè S. Thom. refellit 1. p. q. 33. art. 4. ad 1. quia ingenitum est proprietas distincta à paternitate; quare non significat ipsum Patrem, siue generationis principium; sed solam negationem significat, ut ait S. August. 5. de Trinitat. cap. 7. Et constat hoc, quia esset nomen istud à sua significatione dimotum, ut esset complexum in significando, significaret enim duo, que vno conceptu nequeunt intelligi, scilicet principium, & ingenitum. Et notandum est, quod S. Doctor solutione ad 2. ait ingenitum esse id principium quod genitum non est, sed non ait utrumque illud significari isto nomine, ut statim exponemus. Idem etiam sentit Scotus d. 28. q. 2. art. 1. videlicet nomine ingeniti solam negationem significari. Sunt tamen qui interpretantur eam sententiam, que fuit S. Bonauent. d. eadem, q. 1. quod non dixerit nomine ingeniti significari formaliter positium; sed formaliter negationem, & materialiter positium, hoc autem positium esse fontalem plenitudinem. Et hoc quidem merito reprehenditur à S. Thoma loco recitato, quia fontalis plenitudo videtur significare principium duplicis processions: quod in Patre est nomen commune complexum principia generatio-

nis, & spirationis: nomen autem commune affirmat S. Thom. non esse notionem, quia nihil addit notionibus particularibus contentis illo nomine. Hoc argumentum S. Thomæ fatentur esse egregium, & normam Theologicam qua conferenda sit doctrina de notionibus diuinis, ut nomen commune non designet notionem in diuinis; aliàs processio que est communis generationi, & spirationi, esset specialis notio. Sed respondent nomen hoc plenitudinis fontalis non significare principium originis, quod est nomen commune principio generandi, & spirandi; sed significare quasi fontem, à quo est processio, quecunque illa sit, & ipse fons à nullo est.

Sed hæc defensio opinionis infirma est: nam principium à quo est quecunque origo, necessariò est nomen commune indicans duo principia: quod euidenter demonstratur: nam si nomen istud fontalis plenitudinis non est commune, significat aliquod singulare principium, verbi gratia principium generandi; ab hoc autem principio non est Spiritus Sanctus; ergo principium à quo est omnis processio, significat principium spirandi; ergo principium à quo est omnis processio significat principium generandi, & spirandi simul; & est nomen commune. Præterea dum aiunt fontem significare principium, quod ab alio non est, iam explicant notionem istam, non positiuè, sed negatiuè, quod & nos facimus. Si verò nomine fontis intelligatur principium primum, cum relatio primi sit rationis, constituunt ipsam notionem in relatione rationis. Satius autem est primum explicare per negationem realem ingeniti, maxime in diuina processione in qua ex sententia ipsius S. Bonauenturæ prioritas non est realis, sed rationis. Denique si contendunt hoc positium, quod præter paternitatem, & spirationem actiuam nihil est nisi relatio primi, si, inquam, hoc positium contendent esse notionem Patris, frustra additur notio ingeniti, quia nihil indicat, nisi primum, negatione illa quod non fit ab alio. Quod si cum Patribus concedunt notionem ingeniti, cessent ab ista explanatione fontalis plenitudinis, que nulla notio est.

Alij ingenitum interpretantur ampla quadam significatione, ut significet negationem

Norma p. notionibus.

Nomen commune non est notio.

Rationis, & normæ approbatio per auctores distincti mentarij.

Norma ostensio.

Ad arg. responsio intendens aliam significationem fontalis plenitudinis.

14.

Hæc Responsio infirmatur 1.

Principium à quo est processio quecunque, necessariò est nomen commune.

Ratio euidens.

Infirmitas 1.

Satius est primum explicare per negationem realem ingeniti, quam per relationem præferri rationis.

In diuina processione ex sententia S. Bonauent. prioritas est rationis, ut libr. 2. c. 61. p. 2. n. 30.

Infirmitas 2.

15.

2. Explicatio.

Ingenitum ex usu significare negationem cuiuscumque processio- nis, seu impro- cessibilem geni- tum vero sola generatione.

Vel ingenuū indiuinis ac- commodari, vt ita significet.

Spiritu Sancto nequit conue- nire.

16. 3. explicatio S. Thom.

Ingenitum significare ne- gationem ge- niti, sed simul indicare nō vi- significatiōis sed ex conue- tudine, esse pri- cipium.

Quoad nega- tionem est S. Thom. & S. August. Adiungit prin- cipium.

Incidit hęc explic. in 1. refuta. a n. 13.

Moderatio.

Præfertur 2. explicatio, quę est S. Thom.

17. Obiectio.

1. Respons. quorundam, Naturæ diuinæ in Filio nō di- citur ingenuam, vt lib. 2. c. 63.

gationem cuiuscumque processio- nis, qua- si dicamus impro- cessibilem, & ita non cō- uenit Filio, neque Spiritui Sancto; sed est proprietas Patris: licet enim Spiritus Sanctus nullo modo sit genitus, vt principio istius disputationis admonui- mus, vnde videtur consequens quod sit aliquo modo ingenuus, tamen vsu & consuetudine loquēdi, quo nomina cū- cta constant, ingenuam vsurpatur ita vt omnem processio- nem neget; genitum vero ita vt non quamlibet processio- nem significet, sed solam generationem, quę Spiritui Sancto nullo modo conuenit.

Vel certe in rebus diuinis accommo- datum est nomen istud, quod negat pri- mam processio- nem, scilicet natiuitatē, vt negat etiam secundam; & ita nomen ingenuum negat apud nos omnem pro- cessio- nem; neque Spiritui Sancto potest conuenire, quia non est ingenuus, hoc est, impro- cessibilis, quod postea aucto- ritate Patrum confirmabimus.

Alio modo explicatur à S. Thoma responsio ad 2. & ad 5. quod ingenuū significat negationem geniti, sed indi- cat simul quod sit principium, nō quod hæc indicatio insit in vi, & significatiō- ne nominis, sed potius in consuetudine loquēdi. Sequitur enim Doctor Sanctus interpretationem S. Augustini 5. de Tri- nit. cap. 3. quod ingenuum significet ne- gationem geniti: quę negatio si simul copuletur cum principio processio- nis est proprietas Patris, quia Filius est qui- dē principium, sed non ingenuus; Spiritus vero Sanctus est ingenuus, sed non est principium. Sed hæc responsio incidit in illam sententiam, quam ipse Doctor Sanctus refutauerat ad 1. quod ingenuum significet duo, scilicet prin- cipium ingenuum. Possumus tamen di- cere solam negationem significari, prin- cipium vero indicari, siue connotari, vt

aiunt Dialectici. Magis ergo placet do- ctrina eiusdem Doctoris eadem respon- sione ad 2. quod ingenuum vsu loquen- di significet negationem cuiuscumque pro- cessio- nis, quod est impro- cessibile. Hoc enim nomen Theologi vsurpant. Videtur tamen quod adhuc ingenu- tum non sit proprietas Patris, quia con- uenit naturæ diuinæ, quę nullo modo procedit ab alio. Quidam asserunt na- turam diuinam in Filio non debere dici ingenuam, quia est per generationem

A communicata, de qua re lib. 2. disputa- uimus. Quare solus Pater est omnino in- genuus, quia neque procedit, neque per aliquam processio- nem communicatur; natura enim diuina etsi non gignatur, tamen per generationem communica- tur. Potest etiam concedi ingenuū con- uenire naturæ diuinę, & nihilominus esse proprietatem Patris, nam hoc quod est esse primum conuenit Deitati essen- tialiter, Patri vero personaliter. Vnde Hugo Ethenianus ait Patrem esse primū illud principium à quo Filius etiam est, qui aliorum est principium. Impro- cessibile ergo licet tribuatur naturæ diui- nę, quę à nullo procedit, non tamē alijs tribuitur personis, sed soli Patri, qui ne- que essentialiter, neq; personaliter pro- cedit: Filius vero & Spiritus Sāctus ha- bent quidē naturam impro- cessibilem, & sunt impro- cessibiles essentialiter, sed personaliter procedunt à Patre, & non sunt impro- cessibiles personaliter. Et ita refutatur clarissimē calumnia hæretico- rum, qui Patrem vocabant ingenuum, & anarcon, hoc est, principium sine prin- cipio, vt Filium excluderent à Deitate, vt refert S. Gregor. Nazianzen. orat. 3. nam licet Pater hoc habeat personaliter quod habet natura diuina essentialiter; tamen Filius, & Spiritus Sanctus idem habent essentialē, scilicet vt habeant es- sentiam à nullo processibilem; non ta- men habent idem personale, quia per- sonaliter à Patre procedunt.

Tertia est explicatio melior, & do- ctior: est enim ingenuum quasi nomen priuatiuum, sunt autem priuationis tria genera, vt ex Aristotele obseruat Diuus Thomas in sententijs lib. 1. d. 28. q. 1. ar. 1. & 1. p. q. 34. ar. 4. ad 2. & in 1. d. 13. q. 1. art. 4. quod acceptum est ab Arist. 5. Metaph. tex. 23. Primum genus pri- uatorum extra genus, quando aliquid caret ea forma, quam res extra genus suum potest habere; vt si lapidem dica- mus mortuū quia caret vita, licet enim inanimatum quod est genus lapidis, vi- tam non habeat; tamē extra genus sunt pleraque alia viuētia, cum quibus lapis collatus dicitur inanimatum, & vita ca- rens. Secundum genus priuatorum in- tra genus; vt talpa, quę in genere ani- mantium caret aspectu, & potest dici cæca, cum tamen propria species talpæ non sit apta videre. Tertium genus pri- uatorum

quare solus Pa- ter est omni- no ingenuus. Ratio.

2. Respons. Ingenium cō- uenit naturæ essentialiter Patri essentia- liter, & per so- naliter, sicut & primum.

Hug. Etb. Idem de im- processibili.

Filius, & Spiri- tus Sanctus es- sentialiter sūt impro- cessibi- les, sed persona- liter processibi- les.

Refutatur he- resis, de qua n. 2.

S. Nazianz.

18. 3. Resp. melior.

Ingenium est quasi priua- tiuum.

Tria sūt gene- ra priuationis ex S. Thom.

& Arist.

1. priuatorum extra genus: quādo aliquid caret forma quā extra ge- nus suum po- test habere.

Exempl.

2. priuatorum intra genus. Exempl.

3. priuatorum

in specie, siue
in individuo:
quod res, &c.
Hec priuatio
imperfecta est.
2. genere pri-
uatorum inge-
nitū est perio-
na non genita.
Ratio.
Generatio pro-
priē conuenit
personæ non
naturæ.

Respons.
S. Tho. cit.
n. 13. ferè ead.
Ingenitū ac-
cipit intra ge-
nus principii.
Quid dicatur
propriē inge-
nitum?
Illatum:
Ingenitum in-
tra genus hy-
postatum, vel
principiorū,
est proprietas
soliū Patris.
Idem vult
S. August.
Ostenditur.

Ingenitū pri-
uatiuè, & geni-
tum sunt cir-
ca idem, sc. cir-
ca personam,
seu principii.
Idem indicat
Patres cit.
Cōsentiant
S. Athan.
S. Basil.
S. August.

Eiudem est
negatio cuius
est habitus, vt
ingenitum, &
genitum.
19.
Oseruandū
ex S. Cyrill.

natopum in specie, siue in individuo, quam-
do ea res, quæ apta est habere formam,
caret illa; quæ priuatio imperfectio est,
& in diuinis non inuenitur; nam si Spi-
ritus Sanctus posset gigni, gigneretur.
Secundo ergo genere priuatorum inge-
nitum est persona, siue hypostasis non
genita; generatio enim propriē conuenit
hypostasi; & ita natura diuina non
est ingenita, quia non est hypostasis, sed
est natura cui gigni non conuenit. Si er-
go ingenitum dicamus id quod est im-
processibile, & priuationem accipiamus
in suo proprio genere, vt sola persona
dicatur ingenita, planissimum est, inge-
nitum esse proprietatem Patris soliū.
S. Thom. solut. ad 2. aliter philosophatur
eodem modo arguēdi: accipit enim
ingenitum intra principia; principium
enim quod potest gignere, dicitur etiam
propriē ingenitum; & in idem videtur
recidere, hypostasis enim est, quæ potest
gignere & gigni: & ita ingenitum intra
genus hypostatum, vel principiorum est
proprietas soliū Patris. Hoc idem vult
significare S. August. cum probat inge-
nitum pertinere ad proprietatem, quia
negat genitum; nulla enim esset ista cō-
sequētia, Ingenitum negat genitum;
ergo est proprietas personæ: negatio e-
nim geniti etiam naturæ conuenit; ergo
est proprietas etiam naturæ non perso-
næ soliū: consequētia ergo bona non
esset, nisi acciperetur ingenitum priuati-
uè, vt ingenitū & genitum sit circa idē,
scilicet circa personam, quæ potest gigni,
aut non gigni: est igitur personæ in-
genita, sicut & persona genita. Et hoc
idem indicant Patres superius comme-
morati. Consentiant S. Athanas. epist.
de synodis Arimini, & Celeuciz: & Ba-
siliius lib. 1. contra Eunomios, asserentes
illum esse ingenitum, qui à nullo procedit.
Et hoc est quod S. August. probat 5.
de Trinit. cap. 7. quod ingenitum signi-
ficat relationem remouendo illam; planē
enim insinuat eiusdem esse negationem,
cuius est habitus: quare sicut persona
diuina est, quæ refertur relatione
geniti, & non naturæ; ita etiam personæ
ingenitum conuenit non naturæ: quatenus
ingenitum est quasi priuatio geniti
in secunda specie priuationis, vt decla-
rauimus.

At verò ex S. Cyrillo obseruandū
est, cum dixit ingenitum esse quasi acci-

A dens, quod negatio, siue priuatio est ac-
cidens rationis; cum ergo ingenitum sit
quædam quasi priuatio, est accidens ra-
tionis. Nostro autem modo intelligendi
multifariam consideratur, si enim non
negat omnem processione, sed solam
generationem; Spiritus Sanctus est in-
genitus, quia non generatur: si verò non
accipitur vt proprium personæ, natura
quoque diuina ingenita est: si denique
accipitur vt est proprium personæ, &
negat omnem processione quasi dica-
tur improcessibile, est proculdubio pro-
prietas soliū Patris, & ita à Doctoribus,
Patribusque acceptum intelligendum
est.

Ex quibus promptum est exponere
Patrum sententias, quibus sunt qui pro-
bent nomen, ingenitum, significare ali-
quid positium in Patre. Nam D. Basilius
lib. 4. contra Eunom. cap. 2. & S. Cy-
rill. lib. 1. Thesauri, cap. 4. affirmat inge-
nitum non significare substantiam, sed
modum substantiæ, hoc est, proprietatē
personalem. Et eadem phrasi S. Ioan.
Damasc. lib. 1. fidei orthodoxæ, cap. 9.
ait nomen, ingenitum, significare existē-
tiæ modum, hoc est, proprietatem per-
sonæ. Hi Patres cum hæreticis disputā-
tes, qui probant solum Patrem esse Deū
quia solus est ingenitus; occurrebāt no-
men, ingenitum, vt est proprium Patris,
non significare essentiam, sed proprie-
tatem; quod nos dicimus philosophicè
accipi vt nomen priuatiuum, quod con-
ueniat personæ non naturæ. De illa autē
quæstione, vtrum formalitèr hoc nomē
significet negationem, an positium? ni-
hil illis in locis decreuere; cum tamen
constet ex Patrum sententijs nomē hoc,
ingenitum, significare negationem.

Confirmatio.

D **N**omé ingeniti attribuunt Deo Pa-
tri Ecclesiæ olim magistri Græci,
& Latini. S. Athanas. in epist. de syno-
dis Arimini, & Celeuciz, & ibidem te-
statur post S. Ignatium qui Filium Dei
nuncupauit ingenitum, hoc est, increa-
tum epistola sua ad Ephesios, quosdam
alios magistros dixisse Patrem inge-
nitum, Filium verò genitum. Et hoc idem
nomen ingeniti recipit S. Athanas. orat.
2. contra Arianos. Et S. Basilius lib. 4.
contra Eunomium, & S. Greg. Nazianz.
orat.

Ingenitū est
quasi accidens
rationis, cum
sit quædam qua-
si priuatio.
Sumitur 1.
pro negatione
soliū generæ-
tionis.
2. pro nega-
tione non pro-
pria personæ,
vt increatum.
3. pro impro-
cessibili.
20.
Patres qui vi-
dentur sentire
ingenitum esse
positium.
S. Basil.
S. Cyrill.
S. Damasc.
Explicantur.
Occurrunt
Arianis, vt n.
3.
21.
Ingenitum fo-
liū Patri attri-
buunt Patres
Græci.
S. Athanas.
S. Ignatius.
S. Athan.
S. Basil.
S. Nazianz.

S. Cyrill. orat in sancta lumina. Et **S. Cyrill.** lib. 2. **Theauri**, cap. 2. 3. 4. & **S. Ioan. Damasc.** lib. 1. fidei Orthodox. cap. 9. nec non in expositione fidei, ubi negat Filium, & Spiritum Sanctum ingentos, sed solum Patrem ait ingentum. Et ex Latinis eadem est sententia **S. Damasci** in Symbolo ad **S. Hieron.** & **S. Hilar.** lib. 4. de Trinit. & lib. 9. utitur nomine inasculibilis pro ingento, quod schola etiam receperit; & lib. de synodis, ubi etiam docet eum qui ponit duos inasculibiles, ponere Deos duos. **S. August.** nomen ingenti vsurpat, lib. 5. de Trinitat. cap. 6. & 7. & lib. 25. cap. 26. & lib. 93. quest. q. 2. & **S. Anselm.** Monolog. 54. & concors schola Theologorum. **Hoc nomen ingenti**, receperunt Patres Concilij Antiocheni in epist. ad Paulum Samosetanum, quae legitur in Bibliotheca Francisci Turriani, & Concil. Tolet. 6. & 11. in confessione fidei, & **S. Damasc.** in Symbolo. Quare nomen hoc, ingentum, attributum Patri Catholice est receptum in Ecclesia Dei.

23. Verum est fuisse olim repudiatum propter suspicionem heresis Arianae a **Diony. Alex.** epist. ad Paulum Samosetanum in eadem Bibliotheca Turriani; & a **S. Athanasio** in dialogo Orthodoxi, & Anno mei; quia Ariani solum Patrem ingentum, hoc est, increatum haeretico spiritu affirmabant. Et ea significatione **S. Iustinus**, ac **S. Epiphanius** locis commemoratis Filium, & Spiritum Sanctum ingentos dixerunt. **S. vero Athanasius** nominis significatione diuersa, ingentum, hoc est, non natum ascribit soli Patri; & ita sublata ambiguitate nominis, consentiunt omnes Patres.

CAPVT LIIII.

Eadem proprietates quae distinguunt diuinae personam, eandem constituit.

1. **V**T progrediamur recta via indagandi veritatem, perutile erit ab aliquorum errore deflectere, qui in constitutione diuinae personae credunt aliud esse quod constituit, aliud quod distinguit. At vero aduertendum est proprium esse formae rem aliquam constituere; constituere enim est ponere aliquid, quasi statuere, vel simul cum alio statuere, siue componere; materia vero si pro-

A priore loquendum sit, non constituit rem, sed potius subijcitur, siue supponitur, ut forma adueniens constituat essentiam, siue speciem. Et materia secunda per accidens, quae dicitur ipsa substantia, ut est subiectum accidentium, eodem modo se habet ad formas accidentium; quia corpus non constituit album, sed albedo: forma ergo est quae proprie constituit. Et in hac significatione verbum constituendi accipimus hic. Et hoc significat **Aristot.** 7. Metaph. text. 49. dum ait actum habere virtutem separandi, & diuidendi, ut **S. Thom.** ibidem notat, id autem diuidit quod constituit. Quod si dicas materiam suo modo constituere, quia est altera pars constituti, siue compositi eodem sensu etiam distinguit, quia est primum principium indiuiduationis. Et hoc ipsum antea docuimus materiam esse primum principium indiuiduationis, sed nullo modo formale, aut praeipuum. In diuinis autem rebus cum nihil sit nisi forma, & actus, de formali principio constituendi, & distinguendi est nobis disceptatio.

C Est igitur propositio scitissima, & omnibus rebus accommodanda, id ipsum distinguere vnamquamque rem, quod illam constituit: distinctio enim vel est negatio quae fundatur in re quapiam, vel est relatio, quae in negatione fundatur, ut supra docuimus lib. 1. Et vtraque significatione ens antecedit distinctionem, quia antecedit negationem, quae fundatur in eate, & relationem quae in negatione fundatur. Necessarium est ergo prius constituere ipsum ens, quod est fundamentum distinctionis; negatio autem siue vnitas per se primo sequitur ens; ergo id ipsum quod est causa, siue principium constituens hoc ens, distinguit hoc ens; quia distinctio ad hoc ens nihil addit, nisi aut negationem, aut relationem distinguens: non potest igitur intelligi, quod alia forma constituat hoc ens, & alia forma distinguat; nam si est alia forma, iam est aliud ens constitutum, & aliud distinctum. Et haec est demonstratio euidentissima: quae propter etiam si sit rationis constitutio, illud idem quod distinguit rem, constituit illam: dum enim apprehendis aliquid, illud sane cogitando apprehendis, & non aliud. Illud igitur quacumque forma constitutum, eadem intelligas distinctum necesse est; quia per eandem formam qua

Materia 1. non constituit proprie speciem, sed forma. Sic materia 2. v. c. corpus, non constituit album, &c.

Aristot.
S. Thom.
Materia suo modo constituit, & distinguit ut 1. principium indiuiduationis, sed non ut formale, aut praeipuum, ut c. 10. p. 2. & p. 4. n. 4. & 6.
In diuinis de solo formali quaest.

3.
Axioma titulo consonum: Per id distinguitur res omnis per quod constituitur. Probatio ex lib. 1. c. 27. p. 1. n. 2.
Ens semper antecedit distinctionem, siue haec sit negatio, siue relatio. Negatio siue vnitas per se 1. sequitur ens, ut lib. 1. c. 42. p. 1. n. 5.

Si est alia forma constituens & alia distinguens, iam est aliud ens constitutum, & aliud distinctum. Haec probatio est demonstratio. Axioma & eius probatio procedit etiam inconstitutis per rationem

Hæc est sententia Caiet. Oppositæ ei imponitur. Declaratur exemplis, quæ ut distinguunt, sic constituunt. Materia. Quantitas. Proprietas hypostatica. Rationale. Sensibile. Albedo. Locus. 1. Aduert. In compositione rationis possunt esse plures actus, siue differentie constituentes. Ultima differentia est quæ simpliciter constituit totum, v.g. hominẽ. 1. Ratio. 2. Ratio. Declaratio. Corporeum dum constituit corpus, hominem quoque constituit secundum aliquid. 2. Rationis exemplum. 1. Rationis exemplum.

intelligis illud constitutum iam est hoc, & non aliud; iam ergo est distinctum: quam sententiam iure optimo tuetur Thomas Caiet. constantissimè, licet à nonnullis contraria illi falso ascribatur. Proponamus exemplum: Petrus distinguitur à Paulo materiâ, quantitate, & proprietate personæ; à Brunello differentia rationali; à planta sensibili: accidentariò autem distinguitur ab Æthyope albedine, & loco. Hæc singula ita constituunt, ut distinguant: materia distinguit ut principium individui, non quasi det esse individuum, & eodem modo constituit; quantitas distinguit numero prædicamentali, & similiter constituit Petrum in numero; proprietatis distinguit personaliter, & constituit personam; rationale distinguit ut differentia speciei, & constituit speciem; sensibile distinguit à genere subalterno, quia discernit plantas ab animali; & constituit genus subalternum: albedo distinguit per accedens, & constituit per accidens; locus distinguit quasi extraneum, & constituit similiter, ut extraneum. Igitur ipsis oculis est res perspicuè proposita, quod idem constituit quod distinguit. Sed tamen ut constitutionem diuinæ personæ clariùs intelligamus opus est aduertere, quod in compositione rationis possunt esse plures actus, siue differentie constituentes, dum aliquid vnum ex pluribus constituitur; ut homo constituitur ex corporeo, animato, sensibili, & rationali: ultima tamen differentia dicitur simpliciter constituere hominẽ; tum quoniam ultima continet priores: tum quoniam ultima dat speciem rei. Corporeuni enim non constituit hominem simpliciter, sed corpus; neque animatum, neque sensibile constituit hominem simpliciter: sola ergo ultima differentia dicitur simpliciter constituere hominem. Corporeum autem dum constituit corpus, hominem quoque constituit secundum aliquid, quia homo est corpus; sed non simpliciter, quia potest esse corpus, & non homo; & ita aliæ differentie. Rationale verò constituit simpliciter hominem, quia non potest intelligi rationalis, & non homo, ultima quippè differentia est solius speciei propria, reliquæ commu-

nes sunt. Rationale etiã quia est vltimam, & vltimum quod non consistit sine prioribus, continet priores differentias, saltem ordine rationis; et non inueniatur sine illis; quare rationale constituit hominem corporeum, animatum, sensibilem; non quod omnia hæc formaliter præstet, sed quia omnia hæc complet, & perficit. Cum ergo loquimur de principio formali constituyente, loquimur de vltimo formali principio quod simpliciter constituit rem; cetera autem constituentia etiã distinguunt rem; sed ut constituunt non simpliciter, distinguunt quoque non simpliciter; differentie enim communes sicut constituunt aliquod genus, ita secundum aliquod genus distinguunt, non tamè simpliciter, ut ex dictis liquet. Hæc autem accommodanda sunt diuinæ personæ, illa enim ut diximus, constituitur ex natura, & proprietate: quamobrem vtrumque constituit personam, scilicet natura, & proprietatis, natura diuina constituit Deum, proprietatis constituit Patrem, vel Filium; persona autem vtrumque complectitur, quia diuina persona, verbi gratia Pater, & est Deus, & est Pater, est Deus Deitate, paternitate Pater; istam ergo personam Deitas constituit Deum, Paternitas Patrem, ut ad finem capituli declarabimus. Sicut ergo Deitas constituit, ita etiã distinguit; Deitas constituit ut forma communis tribus personis, ita etiã distinguit ut communis; distinguit enim singulas personas ab omni re, quæ non est Deus, sed non distinguit vnã personam ab alia; distinguit enim ut forma communis, quæ non potest distinguere illa quibus communis est: paternitas autem quæ est incommunicabilis proprietatis, sicut constituit personam ut forma propria, ita eodem modo distinguit, quapropter distinguit personam ab alijs personis in eadem natura. Quamobrem, ut in naturalibus exemplis disputabamus, essentia diuina non constituit absolutè personam, quia adhuc est forma communis, & potest esse in illa persona, & in illa; sed proprietatis est, quæ absolutè constituit personam; non quod sit differentia, quia differentia est vltima perfectio speciei; essentia autem non est species neq; habet differentiam, sed infinitate sua est distincta

Rationale constituit corporeum, animatum, & sensibilem; omnia hæc formaliter præstet, sed quia ea perficit. Hic cum sermo est de principio formali constituyente, de vltimo intelligitur. Cetera sicut constitunt non simpliciter, sed aliquod genus, ita distinguunt. Sic persona diuina constituitur ex natura, & proprietate illa, ut Deus, hac, ut persona. Vtraque sicut constituit, ita distinguit. Deitas ut forma communis, ab omni quod Deus non est, non à personis, at proprietatis etiã ab alijs personis. Essentia non constituit absolutè personam, sed proprietatis. Proprietatis non est differentia essentia, quia hæc infinitate sua distat ab alijs.

Proprietas cōstituit vtrictus individui, nō vt actus speciei.

2. Aduert. In compositione rationis cōmunia per se non cōponunt species, nisi additis differentijs.

Exemplum. Ratio.

Natura generica, & eius differ. in hoc imitatur materiā.

Materia non est per se pars actualis huius vel illius, sed pars omniū in pot. Adiectā formā iam est pars istius.

Hoc modo intelligenda cōstitutio secundum quid, de qua n. 4.

Ad essentiam, proprietatum additio consideranda, vt cap. 48. p. 2. n. 10. & 11.

Essentia secundum se nullo modo constituit personā: addita proprietate, essentia cōstituit secundum id quod commune est in personis, p.

distincta: loco differentie ab omni alia essentia; sed proprietas constituit personam, vt proprius actus, & vltimus quo persona est hæc, & incommunicabilis, non vt actus speciei, qui est differentia, sed vt actus individui qui est hypostaticā proprietas.

Est autem obseruandum quod in cōpositione rationis, communia per se nō componunt species rerum, nisi additis differentijs: sicut etiam materia, quæ per formam substantialem informata est pars compositi. Itaque natura generica, siue eius differentia non est per se pars istius speciei, aut illius; quia non est actualis pars; potest enim natura generica, & eius differentia inueniri in alia specie, & non in ista; & in hoc imitatur materiam, quæ per se nō est pars actualis istius aut illius, sed est omnium in potentia pars. Et sicut materia informata hac forma iam est pars istius, & non alterius; ita natura generica, siue differentia generica, adiectā differentiā specificā efficitur pars istius speciei. Itaque per se non constituit speciem; sed adiectā differentiā specificā, ipsa quoque generica differentia constituit speciem. Et in hac constitutione intelligitur id quod antea dictum est, differentiam genericam non constituere speciem absolute, & simpliciter; sed secundum aliquid, scilicet secundum id commune quod est in specie; nam aliā differentia generica secundum se, antequam illi adijciatur differentia specifica, nullo modo constituit speciem vltimam, verbi gratia, hominem, aut leonem. His igitur coopratis ad constitutionem diuinæ personæ, ex omni parte erit elucidatum, quomodo essentia, & proprietas constituent. Primum enim non debemus fingere essentiam quasi materiam, aut potentiam passiuam, vt iam declaratum est; sed possumus considerare essentiam secundum quod per intellectum possunt illi addi proprietates, non tamen vt informantes essentiam, quod etiam obseruatum est. Essentia ergo secundum se nullo modo constituit personam, quia secundum se est tantum vna, & non est istius, aut illius personæ; addita tamen proprietate tam essentia, quam proprietas constituit personam: essentia tamen etiam addita proprietate non constituit simpliciter personam, sed constituit illam secundum aliquid, scilicet secundum id quod est in ista personæ commune; proprietas verò absolute constituit personam, quia constituit secundum id quod est proprium personæ, sicut differentia specifica est, quæ speciem vltimam simpliciter constituit.

Ad essentiam, proprietatum additio consideranda, vt cap. 48. p. 2. n. 10. & 11.

Essentia secundum se nullo modo constituit personā: addita proprietate, essentia cōstituit secundum id quod commune est in personis, p.

placiter personam, sed constituit illam secundum aliquid, scilicet secundum id quod est in ista personæ commune; proprietas verò absolute constituit personam, quia constituit secundum id quod est proprium personæ, sicut differentia specifica est, quæ speciem vltimam simpliciter constituit.

Sed tamen adhuc est perspicacius attendendum quod differentia communis addita, licet non constituat speciem nisi additā specificā differentiā; & quamuis non constituat absolute & simpliciter, sed secundum aliquid, scilicet secundum id quod est commune; tamen constituit prius, quia quod est commune est prius cognitione, vel etiam natura, vt homo prius natura est sensibilis, quam rationalis; sensibile ergo constituit prius, sed non constituit simpliciter. Itaque quoque essentia diuina, licet non constituat personam simpliciter, quia constituit secundum communia, & non secundum propria; tamen prius constituit, quam proprietas; tum quia communia sunt priora proprijs: tum quia absoluta sunt priora relatiuis.

Quod si obijcias in illa prioritate rationis prius intelligi personam quam proprietatem: hoc ingenuè negamus: nam illud constitueramus, quod essentia non constituit personam per se, sed addita proprietate; prius ergo intelligitur proprietas quam persona; intelligitur enim proprietas coniuncta cum natura ad constituendam personam. At in constitutione ipsa, natura coniuncta cum proprietate prius constituit, quam proprietas coniuncta cum natura; prius enim Pater est ad se quam ad aliud, & prius ordine rationis est essentia quam relatum, vt cum Sancto Augustino notauimus. Et hoc etiam constat in exemplo naturali; nam sensibile prius constituit hominem, quam rationalis differentia; non tamen prius est homo constitutus, quam intelligatur rationalitas; prius enim intelligitur vtraque differentia coniuncta, quam differentia cōmunis constituat speciem; quia per se non constituit speciem, nisi secundum quod coniungitur cum differentia speciei.

Est tamen discrimen inter constitutionem rationis, quæ in rebus naturalibus agnoscitur, & eam quam meditamur

prietas secundum id quod proprium est, ac proinde illa secundum aliquid, hæc simpliciter.

7. Aduert.

Differentia cōmunis addita constituit prius.

Ratio.

Sic essentia diuina.

Ratio 1.

Ratio 2.

8. Obiectio.

Respon.

Non prius intelligitur persona, quā proprietas.

At prius Pater est ad se quam ad aliud, & prius essentia quam relatum, vt lib. 3. cap. 30. n. 7. & hic c. 39. p. 2. n. 9. & cap. 41. n. 6.

Exempl.

9. Discrimen.

Ultima differentia est perfectissima, proprietates personarum diuinarum nihil addit perfectionis.

2. Discrimen. Natura generica non coniungitur per se necessario cum hac differentia: essentia cum proprietatibus maximè.

Non includit in suo conceptu proprietates

In hoc conuenit cum natura generica.

10.

4. Aduert, Cum dicitur naturam prius constituere personam, in nullo priori intelligitur constitutum solius naturæ, sed proprietatis simul

Ratio. Exempl.

Declaratur.

Per rationem partes constituti diuidetes dicimus illud esse prius ad se, quàm ad aliud.

Exemplum ex libr. 2. c. 40. n. 11. & 17.

tamur in diuinis: tum quia vltima differentia est perfectissima, proprietates verò personarum diuinarum nihil addit perfectionis: tum quia natura generica siue differentia generica non coniungitur per se necessario cum hac differentia, vel cum illa; quia res creatae sunt contingentes, & potest inueniri natura generica in ista specie vel in illa, si Deus creat istam vel illam: natura verò diuina est per se coniuncta cum proprietatibus personalibus; per se, inquam, hoc est, necessario, quia nihil in Deo est contingens: non tamen in suo proprio conceptu includit proprietates; quia in re conuenit cum natura generica; quia sicut natura generica abstractione intellectus ab speciebus separata, per se nullam speciem constituit, ita natura diuina eadem præcisione intellectus abstracta à proprietatibus, & personis, per se nullam personam constituit.

At verò illud adhuc penitus perspicendum est, quòd cum dicimus naturam addita proprietate prius constituere personam; intelligimus personam esse constitutum vtriusque, scilicet naturæ & proprietatis simul; ut nulla prioritate rationis sit constitutum solius naturæ, siue essentiæ. Nam in illa prioritate intelligeremus personam cum sola essentia; sicut cum dicimus sensibile addito rationali constituere hominem, in nulla prioritate intelligimus hominem cum sola differentia sensibilis; sed intelligimus hominem vtraque differentia constitutum, quas differentias conferentes inter se, vnam prius alteram intelligimus. Partitur enim rem simplicem duplici conceptu, quorum vterque non indicat totam rem. Itaque cum dicimus Patrem prius esse ad se quàm ad aliud, hoc nomine Patris complectimur vtrumque, & quod ad se est, scilicet naturam; & quod ad aliud est, scilicet proprietatem: & deinde partes istius constituti diuidetes, dicimus quòd prius est ad se quàm ad aliud. Sicut iam docuimus libr. 2. idem effectus, in qua identitate nullus est ordo, est à causis ordinatis, quarum altera prior quàm altera concurrat, quia vna pendet ab alia: ad hunc modum persona, quæ est constitutum, non prius intelligitur constituta Deitate, & postea constituta relatione, sed vtraque necessario intelligitur con-

A stituta; comparantes autem partes illas constituentes, ordinem rationis inuenimus; ut natura prius constituat, quàm relatio, quæ naturam sequitur.

Sunt tamè qui illud peruulgatū axioma supra propositū lingenuè negant in rebus diuinis; vno coacti argumento: Si enim Filius filiatione qua constituitur, distingueretur ab Spiritu Sancto, etiam si non esset spirator, distingueretur ab eodem Spiritu Sancto per filiationem qua constituitur, ut Scotus vult in 1. d. 1. q. 42. Satis ergo est negare Filium distinguui filiatione, qua constituitur; sed spiratione distinguui asserendum est.

B Verum hæc opinio improbabilis est, & à se ipsa dissidet. Et imprimis considerandum est ea quæ re ipsa sunt distincta, nihilominus ratione speculante distingui, ut ratio conformetur rei cognitæ. Cum ergo aiant Filium non distinguui ab Spiritu Sancto filiatione, sed spiratione actiua, vel loquantur de reali distinctione, vel potius de distinctione rationis. Si de reali distinctione sit sermo; hæreticorum est asserere Filium non distinguui ab Spiritu Sancto filiatione, cum filiatio, & Spiritus Sanctus sint res duæ distinctæ. Si verò disseramus de distinctione rationis, idem sentiendum est; siquidem ratio ipsa rei cognitæ conformanda est; ergo omnibus modis filiatio, quæ constituit Filium, distinguit illum.

C Respondebunt filiationem distinguere Filium, sed non necessario per se quarto modo: quia si Filius non esset spirator, filiatio non distingueret illum ab Spiritu Sancto, & ita filiatio quæ constituit necessario Filium per se quarto modo, non distinguit illum eodem modo per se. Veniamus ergo ad rem; quærendum enim est de Filio remota spiratione, qua remota esset simul Spiritus Sanctus, essetne Filius eodem conceptu quo re vera est, an conceptu diuerso includente simul Spiritum Sanctum?

D si conceptus est diuersus, ut illi contententur, agnoscant filiationem vero conceptu, quo nunc, ut est, cognoscitur, necessario per se quarto modo distinguere Filium ab Spiritu Sancto. Et hoc ipsum quod quærendo extorquemus, arguendo commonstrauimus; nam in ipsa constitutione personarum proprietates constituens est actus vltimus, ita ut nihil

11. Aduersantiū 1. Sent. Valsq. disput. 114. c. 7. Fund.

Scotus vt lib. 2. c. 43. n. 9.

12. Improbatur vt à se distigens, Quæ in re sunt distincta, ratione etiam distinguuntur.

13. Respons.

Refutatur ex lib. 2. c. 43. n. 10 & cap. 14 n. 14. 21. & 30.

Refutatur 2. probatione axiomaticis videntia n. 2.

omnino
Actus dans es-
se hoc ad equa-
te, remouet a
quocunq; a-
lio ad equate.
Hec procedunt
etiam in con-
stitutione per-
sonae.
Sic ad argum.
Scotti, & fud.
1. sent.
14.
2. sent.
quod natura di-
uina constituat,
relatio distin-
guat.
Improbatur
ex n. 4. 6. & 10.
15.
3. sent.
Quod relatio
est in aliquo,
constituit, & ut
est ad aliud, di-
stinguit.
Improbatur.

nihil extraneum possit claudi illo con-
ceptu; ergo idem conceptus qui se
constituit personam, distinguit illam, &
separat ab omnibus alijs; nam actus
constituens non solum est proprius, sed
adequatus; ergo eodem modo quo dat
esse hoc adaequatè, remouet à quocunq;
alio adaequatè, ut per se notum est: hoc
enim ab alijs distingui necesse est. Itaq;
idem actus est causa adaequata distin-
ctionis per se quarto modo, quae est
causa adaequata constitutionis. Hoc
idem probatur, nam etsi personam
constituamus solo conceptu, quod illi
obiectum; tamen ille conceptus est ve-
rus, quo formalitèr repraesentatur ve-
ra persona; ergo eodem conceptu illa
persona diuina est incommunicabilis, &
vna, distincta à quauis alia persona, ali-
às si illo conceptu non est vna, & distin-
cta, neque persona est; ergo eodem con-
ceptu cognita persona, cum habet actum
distinguentem, quem habet constituen-
tem; quod si eadem persona esset Spiri-
tus Sanctus, conceptus non esset idem
qui nunc est, quae vna responsione eludi-
tur argumentum Soti.

His ita explicatis facile est iudicare
quod falsa sit illa opinio, quae asserit
naturam diuinam constituere perso-
nam, relationem autem distinguere:
nam natura non constituit, nisi addita
proprietas, & non constituit simplici-
tèr personam, sed constituit illam se-
cundum id quod est commune. Itaque
haec persona habet à natura, tanquam
constitutum naturae, id solum quod com-
mune est, quo conuenit cum alijs per-
sonis: & hoc constitutum non potest
intelligi constitui à natura, nisi addita
proprietas: est ergo proprietas, quae
constituit simpliciter personam, sine
qua non potest intelligi persona. Na-
tura verò sicut constituit secundum id
quod est commune, ita secundum idem
distinguit; distinguit enim hanc perso-
nam ab alijs essentijs creatis: proprie-
tas verò sicut constituit personam se-
cundum id quod est proprium personae,
ita distinguit illam ab alijs personis di-
uinis.

Nec minùs improbabilis est illa opi-
nio, quae asserit relationem secundum
quod est in aliquo constituere perso-
nam, & secundum quod est ad aliud di-
stinguere. Nam persona secundum pro-

A pria constituta, iam hoc ipso distingui-
tur, ut probatum est. Sed haec sunt po-
sterius tractanda.

Recolendum est tamen quod dixi-
mus libro 1. aliam esse distinctionem
negatiuam, aliam positiuam, siue rela-
tiuam, quae negans est, etiam inter non
existentia assignatur, ut distinguitur
res quae extat à non existente: quae ve-
rò distinctio relatiua est, inter existen-
tia consideratur. Nos verò nunc lo-
quimur de negatiua distinctione, quae
non postulat rerum aliarum existentiam;
verbi gratia Adamus; illicò ut creatus
est, negatiua distinctione differabat à
posteris nondum progenitis; positua
autem & relatiua distinctio inter eos
non erat, quia adhuc posterii non exta-
bant. Ex qua notatione perspicuus erit
explicito locus apud Sanctum Thomam,
cuius difficultate viri docti impediti
per inconsiderantiam lapsi sunt. Docet
enim S. Thomas dist. 26. quæst. 2. artic. 2.
ad 1. & de potentia, quæst. 8. art. 3. & q.
9. art. 5. & opuscul. 2. cap. 64. relationem
ut est forma hypostatica constituere per-
sonam, ut subsistens est: at verò distin-
guere, ut relatio est: quare videtur con-
sequens, ut non eadem ratione consti-
tuat, ac distinguat: cuius oppositum hoc
capite docuimus: sed eo loco ipse Do-
ctor Sanctus interpret est sui. Ait enim

C personam constitutam, verbi gratia Pa-
terem; adhuc non distingui à persona
Filij, quia adhuc non intelligitur Fi-
lius; & offert exemplum de Adamo, &
posteris, quo hic vsi sumus. Ergo cum
dixit, relationem ut relatio est, distin-
guere, planissimè loquebatur de di-
stinctione personarum relatiua, & po-
situa, non de negatiua distinctione,
de qua nobis est disputatio. Nam si
de hac sermo sit, cum primum intelli-
gimus Patrem constitutum ut subsi-
stentem, intelligimus illum non esse
Filium; & ita per eundem actum con-
stituitur per quem distinguitur, scilicèt
per ipsam paternitatem, ut forma hy-
postatica est, quam postea explicabi-
mus. Negatiua ergo distinctione di-
stinguitur, per formam hypostaticam,
per quam constituitur: relatiua au-
tem distinctione distinguitur per rela-
tionem, ut sic, per quam etiam re-
latiue constituitur. Et idem est perpe-
tuò actus constituens, & distinguens.

D Loquebatur de distinctione
relatiua.
Pater cum pri-
mum consti-
tutus est subsi-
stēs, negatiue
distinguitur à
Filio per pater-
nitatem ut for-
ma hypostati-
ca est.
Relatiue di-
stinguitur per
relationem, ut
relatio est.
Kk 3 Colligimus

Recolendum
ex lib. 1. c. 28.
p. 1. n. 3.
Duplex di-
stinctio: nega-
tiua, & positi-
ua, siue relati-
ua.
Negatiua etiam
inter non exi-
stentia datur,
relatiua solum
inter existentia
Hic sermo
est de negati-
ua distinctio-
ne.
Per hec, loci
S. Thomae
explicatio.
Colligitur ex
ipso.
Loquebatur
de distinctio-
ne relatiua.
Pater cum pri-
mum consti-
tutus est subsi-
stēs, negatiue
distinguitur à
Filio per pater-
nitatem ut for-
ma hypostati-
ca est.
Relatiue di-
stinguitur per
relationem, ut
relatio est.

erit unum subsistens additis pluribus proprietatibus: quod consonat cum auctoritatem quos commemoramus opinione; sed magis explicatè affirmat sententia ista: unum subsistens pluribus proprietatibus additis subsistere: hoc autem impossibile esse p. 2. cap. ostendemus.

In hac tam varia opinandi ratione, ubique occurrit nominis æquivocatio, quam sane mirum est nulli Theologorum libuisse explicare; si enim subsistentia significet proprietatem naturæ additæ, ad personam pertinentem, siue ad hypostasim; certissimum est, secundum fidem Catholicam esse tres subsistentias in Deo, hoc est, tres proprietates, sicut sunt personæ, siue hypostases tres; & nullam esse subsistentiam essentialem, aut absolutam; sicut nulla est persona, siue hypostasis absoluta. Quod rectè docuit Ioan. Marcellinus in sua professione, Sabellianum esse asserens unam Trinitatis subsistentiam dicere.

Deinde si subsistentia significet existentiam per se, de qua questione nihil definitum est ab Ecclesia, signent tres existentie relatiuæ simul cū absoluta: nam si relatiuæ existentie ponendæ essent, haud dubium foret, relationem ex proprijs afferre secum existentiam relatiuam. At verò in opinione S. Thomæ persistens quod nulla est relatiua existentia, dicendum est essentialiam quatenus adiuncta relatione constituit personam, constituere existentiam, quia ipsum existere est diuina essentialitas; & relatione constituendo personam, ex proprijs nullam existentiam afferre, sed ipsum esse diuinum quod est commune, fieri proprium, per relationem constituentem personam: est ergo vna subsistentia, hoc est, existentia essentialis, & nullæ relatiuæ; neque triplex existentia, etiam si cū personis comparatur; quia hæc comparatio non multiplicat id quod est commune & vnum, vt ostendemus.

Tum tertio loco si subsistentia significet modum entis intrinsecum, alia est subsistentia, quam natura affert, alia quæ affert relatio; quia modus intrinsecus non distinguitur à re ipsa, sed potius clauditur in ratione formali cuiusque rei: natura ergo constituit subsistens essentialiter, qui modus subsistendi communis est, vt potè naturæ proprius; relatio verò constituit subsistens relatiuè,

A quod est proprium relati: persona enim constituta subsistit ad se, & ad aliud, vt parte secunda capitis explicabitur; Pater enim est Deus, & potens, quod est ad se subsistens; & generat, & est Pater, quod est subsistens ad aliud, scilicet relatione constitutum; si enim constitueretur solum ad se, non constitueretur relatione.

Post hæc aduertendum est, quod natura diuina subsistit per se, quia est ens perfectissimum; relatio verò diuina etiam si re ipsa sit persona subsistens, significatur tamen vt forma, siue potius vt proprietates, cuius non est esse aut operari. Et ideo hæc est vera, Deitas creat, Deitas intelligit. Et hæc est falsa, Paternitas intelligit, Paternitas generat. Itaq; Deitas per se ipsam subsistit formaliter; paternitas verò est res subsistens in sensu identico, vt aiunt; & in hoc sensu dicitur Paternitas subsistere, quasi identicè, quia est res subsistens. Sed nostro intelligendi modo non intelligitur vt subsistens; quia significatur duntaxat vt proprietates personæ, cui non conuenit operari. Natura ergo diuina per se subsistens constituit personam subsistentem eadè subsistentia; siue, vt emendatiùs loquamur, eodem modo subsistendi proprio.

C natura: relatio verò constituit subsistens, non quod ipsa quatenus proprietates est, subsistat; sed duntaxat constituit vt forma subsistentis. Quamobrem non rectè dicitur quod relatio quatenus subsistit subsistentia essentiali constituit subsistens; siquidem non constituit subsistens quasi prior ipsa subsistat, sed solummodo vt forma subsistentis, spectato significandi modo, quo intelligitur vt proprietates subsistentis, & est notum discrimen. Natura enim constituit subsistens, cum prior ipsa subsistat, quia ordine rationis prius intelligitur hic Deus subsistens perfectissimè, quam Pater subsistens in hac Deitate. Relatio verò nostro intelligendi modo non prius subsistit, quam constituat: imò prius constituit personam, cuius est proprium subsistere: postquam verò intelligimus subsistentem personam dicimus relationem quoque subsistere identicè, quia est ipsa persona; non tamen intelligitur vt subsistens, cum illi non tribuatur operatio; paternitas enim non generat: neq; verò intelligitur subsistens prius quam constituat. Quare falso asseritur relationem quatenus subsistens

D Relatio constituit subsistens, non vt subsistens ipsa prius quatenus proprietates essentiali subsistentia, sed constituit, vt forma subsistentis. Natura prius subsistit quæ constituat personam subsistentem, Relatio nostro modo intelligendi postquam personam constituit subsistentem, dicitur ipsa quoque subsistere identicè. Non tamen intelligitur vt subsistens.

Persona constituta subsistit ad se, & ad aliud.

Ostenditur.

2. Aduert. Natura diuina subsistit per se, relatio non significatur vt subsistens, sed vt proprietates, cuius non est esse vel operari. Probatur.

Deitas subsistit per se ipsam formaliter, paternitas in sensu identico.

Relatio constituit subsistens, non vt subsistens ipsa prius quatenus proprietates essentiali subsistentia, sed constituit, vt forma subsistentis.

Natura prius subsistit quæ constituat personam subsistentem, Relatio nostro modo intelligendi postquam personam constituit subsistentem, dicitur ipsa quoque subsistere identicè.

Non tamen intelligitur vt subsistens.

Relatio constituit subsistens, non vt subsistens ipsa prius quatenus proprietates essentiali subsistentia, sed constituit, vt forma subsistentis.

Non tamen intelligitur vt subsistens.

Hocrefellatur

Pro iudicio de his, i. adu. Equiuocatio nominis, subsistentia, vt cap. 41. n. 2. Significat proprietatem personæ.

Sic secundum fidem presunt in Deo, & nulla absoluta.

Ioan. Marcell. Sabellianum esse ait vnam Trinitatis subsistentiam dicere.

7. 2. Significat existentiam per se. Sic vna sola est, etiam cum personis comparata, vt cap. 43.

S. Thom.

8. Significat modum entis intrinsecum. Sic alia est subsistentia naturæ, alia relationis, vt cap. 41. n. 7. Ratio. Modus intrinsecus clauditur in ratione formali rei.

Deitas ipsa ut
est in persona
constituens il-
lam, non intel-
ligitur ut sub-
sistens, sed ut
forma substi-
stentis.

1. Locus
S. Thom. id
explicatur, eu-
scil. loqui non
de constitutio-
ne rationis
sed de re ipsa.

Ex eodem
ostenditur.

Deitas sub-
sistens ut
forma substi-
stentis.

Ferrar.
Si relationes
essent acciden-
tia, & non res
subsistentes, no-
constituerent
subsistens.

2. Locus simi-
liter explica-
tur.

3. Aduert.
Hæc duo, sub-
sistere absolu-
tè, & subsiste-
re relatiuè, ne-
cessè est habe-
at Pater à di-
stinctis for-
mis.

Relatio ex p-
prijs constituit
subsistens.

Ex S. Thom.
per se existens
& ad aliud, no-
sunt opposita.

II.

4. Aduert.
Relatio non
constituit per-
sonam, nisi si-
mul cū natura

stentem absoluta, & essentiali subsisten-
tia, constituere personam; imò & Deitas
ipsa etsi intelligatur subsistens in se, prius
quàm constituit personam; tamen qua-
tenus intelligitur, ut est in persona con-
stituens illam, non intelligitur ut substi-
stentis, sed ut forma subsistentis. Cum
verò S. Thom. q. 40. ar. 2. ait relationes
constituere personas in quantum ipsæ
subsistunt, non loquitur de constitutio-
ne rationis, sed de re ipsa; unde subiicit;
*Non enim in diuinis distinguuntur con-
cretum, & abstractum*, scilicet in re ip-
sa; nam hæc quidem modo significandi
distinguuntur: sed vult significare rela-
tionem non posse constituere personam,
si sit accidens; oportet ergo ut sit res
subsistens; sed tamen nostro modo intel-
ligendi non constituit in quantum substi-
stentis, sed duntaxat ut forma substi-
stentis. Quare Ferrariensis lib. 4. cōtra gent.
cap. 26. rectè ait S. Thomam non loqui
de ratione tali constituendi personam,
sed de modo constituendi: hoc est, quòd
nisi ipsæ relationes essent res subsisten-
tes, non constituerent subsistens. Et eo-
dem sensu explicanda sunt verba S. Do-
ctoris similia de pot. q. 10. ar. 3. & opus-
cul. 2. aliàs 5. cap. 65.

Denique obseruandū est contra Frā-
ciscum Ferrariensem, quòd cum Pater
subsistat essentialiter secūdum quod est
hic Deus; qua Deitatis ratione non di-
stinguitur à Filio; & subsistat incommu-
nicabiliter, & relatiuè, quatenus Pater
est: necesse est quòd à distinctis princi-
pijs formalibus, siue à distinctis formis,
habeat hæc duo, quæ ratione distingui-
mus. Sicut ergo est persona ratione cō-
stituta ex duobus scilicet ex natura, &
relatione; ita hoc quod est subsistere ha-
bet à duobus; à natura ut subsistat ad se
essentialiter, & absolute; à relatione ut
subsistat ad aliud relatiuè, & incommu-
nicabiliter; atque ita relatio ex proprijs
suis constituit subsistens. Ad quod per-
tinet illud S. Thom. assertum, q. 9. de po-
tent. art. 4. ad 12. per se existens, & ad
aliud, non esse opposita: ergo neque op-
posita sunt absolute subsistens & relati-
uè; sed vna & eadem persona subsistit
absolute, & relatiuè.

Aduertendum tamen est, quòd sicut
natura nullo modo constituit personam,
nisi adiuncta relatione; ita neque rela-
tio constituit personam diuinam, nisi cū

A natura simul. Quo modo enim nuda re-
latio constituet infinitum ens, quòd est
diuina persona? & ad hoc forte respexit
Franciscus Ferrariensis, dum dixit rela-
tionem quatenus includit essentiam con-
stituere personam: sed potius debuit hoc
discernere, ut in persona agnoscamus
id quod est natura; & id quod est pro-
prietatis; ita tamen ut neque natura si-
ne proprietate, neque sine natura pro-
prietas constituat personam, Et ita po-
tuit scitè dixisse, quòd relatio adiuncta
naturæ constituat personam.

B His explicatis, quæ videntur clarissi-
ma, facile erit ostendere quòd proposi-
ta sententia Doctorum aliàs insignium,
nullo modo sit probabilis. Nā etsi abla-
ta ambiguitate nominis æquiuoci pers-
piciatur tota res; hoc etiam illis demus
ut nomine subsistendi æquiuoco, aliud
quid intelligant, quòd à nobis non sit
explicatum, illud constat, quòd isto no-
mine subsistentiæ essentialis voluit sig-
nificare perfectionem aliquam essentia-
lem & vnā, quæ diuersis modis com-
parata cum personis, dicatur triplex
subsistentia. Sed isthæc opinio incredi-
bilis est; nam si triplicem subsistentiam
intelligant quasi trinam, ut non sit nu-
merus subsistentiarum, sed in subsisten-
tia vna numerus personarum; non est
satis castigata loquutio, ut lib. 3. dice-
mus, appellare Deitatem trinam, sed
Deum trinum; quare neque subsistentia
trina dicenda esset, aut triplex, quòd
nomen minus aptum est diuinis. At ve-
rò Cōcilia non definiunt triplicem sub-
sistentiam his verbis, sed potius tres sub-
sistentias; subsistentia autem est nomen
abstractum quòd numerat formam: igitur
non est intelligibile, quòd vna sub-
sistentia essentialis non multiplicata,
propter vllam rationē dicatur tres sub-
sistentiæ, sicut neque tres Deitates. Ad
hoc argumentum respōdent, istam sub-
sistentiam tribus modis distinctis con-
iungi cum tribus personis, & idèd dici
subsistentias. Quòd si obijcias, posse quo-
que dici sapientias tres, quia tribus mo-
dis coniungitur sapientia cum tribus
personis. Respondent subsistentiam ali-
quid certè esse essentialē, pertinere ta-
men speciatim ad personas, & idèd ex
coniunctione cum personis tribus, posse
dici tres subsistentias; non tamen tres
sapientias, quia sapientia est aliquid es-
sentialē,

C Sicut Deitas,
ita subsistentia
essentialis nō
trina, aut tri-
plex dicenda
est.
Concilia nō
definiunt tri-
plicem substi-
sistentiā his ver-
bis, sed tres sub-
sistentias.

Hæc fuit mēs
Ferrar.

Debit enim
liter explicare

1. Opinio est
cōsonis vti sic,
iudicatur im-
probabilis.
Improbatio
ex r. aduert.

Improbatio

Sicut Deitas,
ita subsistentia
essentialis nō
trina, aut tri-
plex dicenda
est.

Concilia nō
definiunt tri-
plicem substi-
sistentiā his ver-
bis, sed tres sub-
sistentias.

1. Respon

Conferatur.

3. Respon

Si illi
ipse re-
scu re-
iam su-
tia eff-
non

sentiale, quod nullo modo est persona-
le.

Hæc opinio sic explanata non con-
cordat cum definitionibus Conciliorum;
quare non est probabilis, neque verosi-
milis. Et ut partitè singula ostendamus:
modos illos quibus natura coniungitur
cum personis, aut intelligunt intrinse-
cos, aut extrinsecos; intrinsecos dicitur
qui non distinguuntur à re, imò con-
tinètur in eius ratione formali, ut quòd
substantia sit ens per se: si istos intelli-
gunt modos, necesse est omninò ut in
tribus personis sint modi tres, & tres
subsistentiæ; siquidem istos modos vo-
camus subsistentias; non ergo est vna so-
la essentialis subsistentia, id est, modus
vnus subsistendi; sed vnus essentialis, qui
dicitur ab aliquibus essentialis subsistè-
tia, & tres relatiui, qui dicuntur etiam
relatiuæ subsistentiæ. Si verò intelligunt
tres modos extrinsecos, ita ut modus
ipse personalis additus, non sit subsistè-
tia, sed sit modus adueniens subsistentiæ
essentiali; propter modos extrinsecos
non multiplicatur res; nam quantitas in
subiecto, & extra subiectum in sacramè-
to, est eadem quantitas, & non duæ qua-
ntitates, etsi habeat modos existendi di-
stinctos; ergo non possunt dici tres sub-
sistentiæ: cò quòd vna subsistentia abso-
luta, & essentialis tribus cum modis co-
puletur: sed modi quidem erunt tres,
subsistètia autem vna. Præterea id quod
habet se ad aliquid aliquo modo, modo
reali & extrinseco, absque dubio est cau-
sa, vel effectus; verbi gratia materia, dū
informatur, intelligitur alio modo se
habere, modo, inquam reali, propter cau-
salitatem, quæ exercetur inter materiã,
& formam. Natura autem diuina con-
iungitur cum personis per se absque cau-
salitate aliqua, ut fides docet, & ipsa na-
tura simplicissimè est persona; ergo nul-
lus modus realis aduenit naturæ quo cõ-
iungatur cum persona; ergo neque ipsa
subsistentia essentialis coniungitur cum
personis, tribus modis. Præterea in Deo
nihil est, nisi essentia, & relatio, & perso-
na quæ ex his constituitur; ergo modi
isti vel sunt relationes ipsæ diuerso mo-
do se habentes, aut essentia diuersis mo-
dis se habens. Si modi sunt ipsæ relatio-
nes aliquo modo se habentes ad naturam;
iam non sunt modi naturæ, sed relatio-
num; ergo subsistètia essentialis vna quæ

A est ipsa natura, non est affecta illis mo-
dis, ut propter eos tres modos dicatur
subsistentia triplex; sed potiùs ipsæ re-
lationes, quarum sunt hi modi, dicuntur
tres subsistentiæ relatiuæ. Si verò sunt
modi tres absoluti ipsius naturæ, hæc est
sententia Viterbiensis, qui multiplicabat
personas per modos absolutos; di-
cere autem tres res absolutas error est
in fide; ergo non sunt tres modi reales
subsistentiæ essentialis; quia modi rea-
les res sunt, siue sint extrinseci, siue in-
trinseci: nam intrinseci sunt res ipsæ
intellectæ; extrinseci verò adueniunt
rei intellectæ. Imò peius est erratū hoc,
quàm Viterbiensis, quia ille per hos mo-
dos multiplicabat personas diuinas. Hi
verò Doctores per istos modos, aut re-
latiuos, aut absolutos ponunt subsisten-
tiam essentialem triplicem, quòd est mul-
tiplicare essentialia: imò si iuxta Conci-
lia dicamus tres subsistentias; dicendæ
erunt essentialis subsistentiæ tres; siqui-
dè, ut aiunt, subsistentia est solum es-
sentialis in Deo.
Denique natura diuina per proprie-
tates personales non diuiditur, ut notat
S. Thom. doctissimè q. 49. ar. 2. quia ef-
sent plures naturæ, sed proprietates solu-
modo constituit distinctum in natura
eadem, ita ut nullo modo distinguatur
natura, sed habentes naturam: cum er-
go subsistentia essentialis sit ipsa essen-
tia, additis proprietatibus nullo modo
diuiditur etiam per istos modos quos
aiunt; ergo nullo pacto sunt subsistentiæ
tres; sed vna erit duntaxat subsistentia
essentialis non diuisa, neque tres subsi-
stentiæ dicendæ erunt; & tamen Conci-
lia definiunt tres subsistentias esse; ergo
nò sola subsistètia essentialis est in Deo,
sed etiam relatiua. Et confirmatur, quo-
niam subsistentias tres necesse est dicat,
vel relatiuas, vel absolutas: non absolu-
tas dicent; quia absoluta non multipli-
cantur: dicant ergo vel coacti relatiuas
subsistentias tres, & vnã absolutam,
ut & nos dicimus. Itaque non satis est
dicere subsistentiam triplicem: sed tres
subsistentias, iuxta decreta Conciliorum:
quas tres necesse est confiteri relatiuas,
cum in absolutis non sit numerus.

Altera verò responsio nulla est, quòd
subsistentia sit quid pertinens ad perso-
nas, & ideo dicatur multiplicari, per hoc
solum, quòd cum personis coniungitur
modis

ter illos tri-
plex, sed rela-
tiones erunt
tres subsisten-
tiæ relatiuæ.
Si sunt tres
modi absoluti
ipsius naturæ,
est sententia
Viterbiensis.
de qua cap. 51,
n. 20. & lib. 1,
c. 31. p. 1. n. 14.

Hoc erratum
relatū peius
est, quàm illud
Viterbiensis.

Ratio.
Hoc erratum
multiplicat ef-
sentialia.

Refutatio 4.
Natura diuina
non diuiditur
per proprietates
personales
ex S. Thom.
sed habentes
naturam.

Confirm.

15.
2. Responsionis
Refutatio 1.

13.
1. Responsionis
Refutatio 1.

Modi quibus
cogitari potest
subsistentia es-
sentialis con-
iungi cu perso-
nis, sunt in-
trinseci et in-
tribus perso-
nis tres modi
qui sunt tres
subsistentia.

Si sūt extrin-
seci, non erunt
tres subsisten-
tiæ, quia per
modos extrin-
secos nò mul-
tiplicatur res.
Exemplum
quantitatis.

Refutatio 2.
Quæ se habet ad
aliquid aliqua-
liter modo rea-
li, & extrinse-
co est causa, vel
effectus.
Exemplum
materia, & for-
ma.

Refutatio 3.

Si illi modi sūt
ipsæ relationes
seu relationū,
iam subsisten-
tia essentialis
non erit prop

Hic non est disput. de modo loquendi, sed de rebus; suntne tres substantie?

Refutatio 2. Ex eade resp. conuincitur 1. opinio.

Refutatio 3. Nihil essentialiter pertinet speciatim ad personam.

Refutatio 4. consona cum refutatione 4. 1. responsionis.

Substantia essentialis est ipsa essentia, & non potest multiplicari essentialiter.

Pugnat ista opinio cum fidei documentis.

S. Thom. explicatur, vt n. 9.

Proprietates non constituit vt essentia, quia essentia non est causa multitudinis personalis, sed unitatis

modis distinctis. Primum, quia non disputamus de modo loquendi, sed de rebus ipsi, sicut tres substantie? Quod si substantia est duntaxat essentialis, & ipsa non multiplicatur, essentialia enim seruant unitatem secundam fidem Catholicam; quare dicenda sunt substantie tres, cum vere non sint tres? Præterea hoc responso se ipsos conficiunt, nam si substantia pertinet ad personas; quare non erunt potius tres substantie in personis tribus, & in personis relationis, relationis substantie. Præterea si substantia est quid essentialiter, nihil essentialiter pertinet speciatim, vt illi volunt, ad personam diuinam; persona enim solam addit proprietatem incommunicabilem, & proprietatem incommunicabilem nihil essentialiter continet; ergo non magis pertinet substantia essentialis ad personas, quam sapientia, aut iustitia. Præterea argumentum factum conuincit, & nullo pacto refellitur; quodcumque enim essentialiter sit ipsa substantia, nihil sanè est, nisi ipsa essentia; ergo non potest multiplicari, vt dicantur plura essentialia. Igitur necesse est vt substantie quæ dicantur plures, non sint ipsa substantia essentialis; quæ quidem secundum fidem est vna, si essentialis, quicquid illa sit. Neque potest fingi quod sint tres, & quod sint vna; quantumuis defudent ingenia. Nulla ergo ratione potest defendi ista opinio; quia pugnat apertissime cum fidei documentis. Cum igitur S. Thom. de potent. q. 8. art. 3. ad 7. & q. 10. ar. 5. ad 12. ait rationem constitueri in quantum est essentia; eodem modo loquitur quod dixit 1. p. q. 40. art. 2. constituitur in quantum est subsistens: quia scilicet, si relatio esset accidens non constitueret hypostasim: sed quia credimus re ipsa relationes diuinas esse hypostasim, & esse ipsam essentiam, siue substantiam diuinam; nostro modo intelligendi, percipimus illas nominibus abstractis vt formas hypostaticas: quo intelligendi modo scilicet formali, & rationibus proprijs distinctis, relatio non constituit subsistens quatenus ipsa subsistens est: quia non significatur vt subsistens: neque constituit vt essentia; quia essentia non est causa multitudinis personalis, sed potius unitatis: sed constituit vt proprietates hypostaticas subsistentis. Quæ documenta rectè tradunt Ca-

A preolus in 1. d. 26. ar. 1. in argumētis soluendis, & Ferrar. 4. contra gent. cap. 261. Dicendum ergo est id quod est clarissimum, in Deo nihil esse nisi naturam, personam, & proprietatem; & his esse accommodandum nomen substantie, explicata æquiuocatione, vt initio capituli fecimus, & antea præstiteramus. Neque negandum est quin relatio ex proprijs constituat subsistens, quod parte secunda capituli erit adhuc illustrius. At verò quod obijcit Durandus in 3. d. 1. q. 2. quod subsistere est quædam perfectio, & idcirco non est quid personale, omnis enim perfectio est essentialis: facile confutatur ex iam dictis, subsistere enim non est res, sed modus rei intimus qui nullam adijcit perfectionem, & ipis relationibus diuinis cõgruit modus perfectissimus entis: at verò omnis perfectio subsistentis, est existentia. Præterea diximus eo modo relationem subsistentiam esse perfectionem, quo docuimus relationem diuinam esse perfectionem, ita vt non sint tres perfectiones, sed vna quæ est ipsa essentia.

Confirmatio.

Hæc verò sententia confirmatur tunc auctoritate Philosophi qui suppositis maxime tribuit subsistere, vt comprobatum est: tum S. Thomæ doctrinam, quæ est omnibus Doctoribus etiam communis, quod suppositi sic subsistere. Atque S. Thom. per hoc maxime definit suppositum 1. p. q. 30. art. 1. ait personam significare subsistentem in natura, loquebatur autem de persona; non dixit significare naturam subsistentem, sed aliquid subsistens in natura, & q. 29. art. 3. ad 3. idè docet. Et 3. p. q. 2. ar. 2. & ad 1. & ar. 4. sapius, & in 1. d. 23. ar. 3. ait personam significare relationem subsistentem. Et idem ait in 3. d. 5. q. 1. art. 3.

PARS POSTERIOR.

Quid multiplicet subsistens?

Quod relatio, siue proprietates diuine personæ multiplicet subsistentia ex dictis apertè colligitur: nam si proprietates constituit subsistens; tot erunt substantia constituta, quot erunt proprietates constituentes; sicut tot sunt personæ, quot sunt proprietates.

Sed

Capreol. Ferrar.

16.

2. Concl.

In Deo nihil est, nisi natura, proprietates, & personæ: relatio vero ex proprijs constituit subsistens.

Illustrabitur p. 2.

Obiectio Durandi.

Confutatur 1.

ex cap. 21. p. 1. n. 4.

Confutatur 2.

ex cap. 21. p. 1. n. 4.

17.

Ex Arist. & S. Thom. Suppositi est subsistere.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

2. *Sent. Bellarm.*
quod vñ est
subsistens cō-
stitutū tribus
relationibus.

Mar. Victor.
Improbatio 1.
Tres proprie-
tates vnus sub-
sistens habe-
rent inter se
ordinem?

2. proprietates
adueniret sub-
sistens per 1.

Improbatio 2.
Eset in Deo
vna persona tū-
tum, quod est
Sabel.

Diversæ pro-
prietates con-
stituunt diuer-
sa subsistentia,
etiam si absolu-
te fingantur.

Bellarmin.
iam explicat.

Marius
nunc explica-
tur ex se ipso.

3.
Improbatio 3.
Relatio in Deo
conuenit ali-
cui subsistēti.

Ratio.
Non cōuenit
naturæ sub-
sistēti.

Ratio.
Non cōuenit
nisi illi sub-
sistēti quod ip-
sa constituit.

Sed tamen vt res fiat euidentior, ex-
quiramus vtrum hoc possit recte intel-
ligi quod quidam meditantur, & Bel-
larm. videtur indicare lib. 2. d. 4. cap. 12.
s. ad 1. vt sit vnum subsistens constitutū
tribus relationibus, sine proprietatibus.
Et idem videtur sentire Marius Vict.
lib. 2. contra Arium, *Vt ipsum*, inquit,
quod est esse, subsistit tripliciter. Hoc ta-
men assertum intelligibile non est; nam
illæ tres proprietates vnus subsistentis
haberent inter se ordinem; & prima il-
larum constitueret subsistens incommu-
nicabiliter, cum sit proprietates persona-
lis; persona autem est subsistens incommu-
nicabiliter; ergo secunda proprietates iā
subsistenti adueniret, & non constitue-
ret subsistens. Impossibile ergo est quod
idem subsistens constitutur pluribus
proprietatibus; sed necesse est vt multi-
plicatis proprietatibus, multiplicentur
subsistentiæ, & personæ. Præterea id quod
incommunicabiliter subsistit est ipsa per-
sona; si ergo tres proprietates cōstitue-
rent idem subsistens incommunicabili-
ter, constituerent vnam personam; & ita
in Deo esset vna persona tribus propri-
etatibus affecta; & eadem esset Pater,
Filius, & Spiritus Sanctus; quæ est hære-
sis Sabelliana. Necesse est ergo vt distin-
cta proprietates cōstituatur distinctum sub-
sistens. Quæ argumēta conuincunt etiā si
fingamus in Deo proprietates absolu-
tas. Bellarminum verò iam explicauim-
us lib. 2. cap. 10. ad 8. Marius verò
declaramus, quod intelligit Deitatem
subsistere tripliciter, id est, in tribus per-
sonis: non verò quod sit vnum subsistens
constitutum tribus proprietatibus per-
sonalibus: nam paulò ante præmiserat
tres esse subsistentias.

De relativa autem proprietate dis-
putando, euidentius rem ostendemus:
nam relatio in Deo conuenit alicui sub-
sistenti; id enim quod refertur est sub-
sistens; quia est id quod est, & id quod ge-
nerat: sed relatio non conuenit naturæ
subsistenti; quia natura non generat, ne-
que est formaliter id quod refertur; er-
go ipsa relatio cōstituit subsistens, siqui-
dem non conuenit alteri subsistenti, nisi
illi subsistenti, quod ipsa constituit; pa-
ternitas verbi gratia, non conuenit na-
turæ, sed Patri, & filiatio Filio. Tunc vl-
tra: id quod est relatum ad aliud distin-
guitur à suo correlatiuo; cum ergo vtra;

A que relatio constituat suum relatum, &
illud oporteat esse distinctum, duæ rela-
tiones constituent duo subsistentia re-
cipienda distincta; & ita multiplicata relatio-
ne, quæ est proprietates, necesse est multi-
plicari subsistentia. Et cōfirmatur, quo-
niam si paternitas, & filiatio constitue-
rent idem subsistens; idem subsistens es-
set id quod est Pater, & id quod est Fi-
lius: ergo Pater non esset id quod refer-
tur ad aliud subsistens; sed id quod re-
fertur ad se ipsum subsistentem; & esset
Pater sui, & Filius sui, quod non potest
villo modo cogitari. Nihil ergo est eui-
dentius, re benè inspecta, quam quod
duplex proprietates relatiua, duo subsi-
stentia constituat, vt vnum ad alterum
possit referri.

B Sed vt res ista melius adhuc intelli-
gatur, considerandum est quod quia for-
ma angelica per se subsistit, ita vt sit id
quod operatur; proprietates personalis,
addita subsistenti, constituit idem sub-
sistens, & facit illud incommunicabile:
nam in angelis proprietates addita, con-
uenit formæ iam prius subsistenti; con-
stituit ergo idem subsistens, & facit in-
communicabile. Si verò illa forma sub-
sistens assumatur à Verbo, trahitur vnū
subsistens ad aliud; nam forma angelica
est quoddam subsistens, non tamen in-
communicabile; Verbum autē est sub-
sistens incommunicabile, & res distincta
ab ipsa forma: sed hypostaticè, & com-
municatione idiomatum, Verbum est
Angelus, & Angelus est Verbum. Ad
hunc modum possumus rem obscuram
illustrare: si enim diuina natura esset in
vna persona absoluta, natura quidem
per se subsisteret, & illa proprietates per-
sonæ adueniret naturæ subsistenti, & ei-
dem subsistenti conueniret; & ideò non
constitueret nouum aliud subsistens, sed
idem subsistens præcognitum, constitue-
ret incommunicabile, nouo modo sub-
sistēdi incommunicabiliter. At verò se-
cundum fidem Catholicam non ita est,
sed naturæ subsistenti aduenit proprie-
tates relatiua, quæ non conuenit illi sub-
sistenti, scilicet naturæ; non enim natura
est quæ refertur, vt diximus lib. 3. & nūc
etiā disputabamus. Cum ergo hæc pro-
prietates adueniens non conueniat sub-
sistenti priori, scilicet naturæ; necesse est
vt nouum aliquid subsistens constituat,
scilicet relatiuè subsistens. Nam illud
prius

D idem subsistens præcognitum, constitue-
ret incommunicabile, nouo modo sub-
sistēdi incommunicabiliter. At verò se-
cundum fidem Catholicam non ita est,
sed naturæ subsistenti aduenit proprie-
tates relatiua, quæ non conuenit illi sub-
sistenti, scilicet naturæ; non enim natura
est quæ refertur, vt diximus lib. 3. & nūc
etiā disputabamus. Cum ergo hæc pro-
prietates adueniens non conueniat sub-
sistenti priori, scilicet naturæ; necesse est
vt nouum aliquid subsistens constituat,
scilicet relatiuè subsistens. Nam illud
prius

Duæ relatio-
nes constituūt
duo subsisten-
tia recipienda di-
stincta.

Confirm.
Alras esset v-
num, & idem
relatum, & nō
ad aliud, sed ad
se ipsum.

4. Declaratur
exemplo.

In Angelis, quæ
proprietates ad-
ditur naturæ
subsistenti, cō-
stituit idē sub-
sistens faciens
illud incommu-
nicabile.

Ratio.
Conuenit for-
mæ iam prius
subsistenti.

Si forma an-
gelica assuma-
tur à verbo,
trahitur vnū
subsistens ad a-
liud.

Ostenditur.

Accommoda-
tur exemplū.
Si diuina natu-
ra esset in vna
persona abso-
luta, huius pro-
prietates eidē na-
turæ subsisten-
ti adueniret, &
conueniret, idē
quæ subsistens
constitueret
nouo modo,
sc. incommu-
nicabiliter.

Natura non
est quæ refer-
tur, vt lib. 3. c.
30. n. 14. & hīc
n. 3.

Relatio con-
stituit nouum
subsistens, sc.
relatiuè, & per
sonaliter.

Ratio.
Discrimen in exemplo.

Angelica forma subsistens est res distincta à Verbo subsistente, nihil dans illi ad intra, sed propter vnionem illud constitueret in genere Ang.

Deitas subsistens, & persona, non sunt res duæ, sed vna simplicissima; & ipsa Deitas subsistens quicquid est, dat personæ, quæ ipsa constituit; quia eius est propria forma non extranea; & ideo persona subsistens, & Deitas subsistens est vnum subsistens, non communicatione idiomatis, aut propter vnionem.

Per rationem sicut duo subsistentia dilatur exempl.

Si forma angelica assumeretur à tribus personis, esset vnus subsistens imperfectum, & tria subsistentia.

Si humanitas assumeretur, non esset vnus subsistens.

Discrimen traditum.

Illud subsistens diceretur de tribus subsistentibus communicatione idiomatis, propter vnionem.

6. Coroll. v. n. 4.

Relationes vt formæ hypostaticæ, non adveniunt hypo-

stasibus, sed eas secum afferunt.

Discrimen tamē est inter exemplum allatum naturæ angelicæ assumptæ, & fidei Trinitatis mysterium. Nam forma angelica subsistens, est res distincta à Verbo subsistente, & nihil dat Verbo ad intra; sed propter vnionem hypostaticam naturam assumptam constitueret Verbum in genere angelorum; & esset angelus Verbum communicatione idiomatis.

At verò Deitas subsistens, & persona constituta subsistens, non sunt res duæ, sed vna simplicissima; & ipsa Deitas subsistens quicquid est, dat personæ, quæ ipsa constituit; quia eius est propria forma non extranea; & ideo persona subsistens, & Deitas subsistens est vnum subsistens, non communicatione idiomatis, aut propter vnionem; sed est idem vnitate reali simplicissima: sunt tamen duo subsistentia ratione distincta, alterum est natura secundum se, alterum persona.

Dilatemus adhuc idem exemplum: si forma angelica assumeretur à tribus personis; intelligeremus vnum subsistens licet imperfectum, & tria subsistentia, scilicet tres diuinas personas subsistentes in natura angelica; vnum subsistens subsistentiam propriam quasi per se stans, & tria subsistentia, scilicet tres hypostases diuinas. Nam humanitas, si assumeretur, cum ipsa non sit forma subsistens, non esset vnum subsistens: forma tamen angelica, quia per se subsistit, esset vnum subsistens; & ita esset ibi vnum subsistens, & tria subsistentia. Solum illud est discrimen quod notauimus; quia illud subsistens imperfectum diceretur de tribus subsistentibus communicatione idiomatis, propter vnionem hypostaticam: Deus verò est vnum subsistens, & tria subsistentia vnitate reali; quia est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, & nihil distinguitur à singulis.

Ex qua notatione clarissime colligitur quod ratio, cum non conueniat naturæ, non constituit illud subsistens quod est natura; sed aliud nouum subsistens ratione formali distinctum, scilicet personam: & ita relationes tres constituant tria subsistentia. Et hoc est quod Theologi aiunt diuinas relationes quatenus sunt formæ hypostaticæ, non ad-

uenire hypostasibus, siue personis, sed afferre secum hypostases, & personas, quas constituunt quasi nouum subsistens in natura, quod generat, & generatur, aut refertur: hæc enim naturæ non conueniunt, sed personæ. Relationes ergo diuinæ afferunt secum subsistentia, quæ constituunt, & illa sunt personæ diuinæ.

Est alterum corollarium per necessarium, quod in forma angelica subsistente, & non assumpta, est communicatio cum persona ipsa angelica creata; quia personalitas conuenit ipsi formæ subsistenti, vt diximus; ita vt quæcunque operatio conuenit personæ, conueniat formæ; forma operatur, forma intelligit, sicut & persona. At verò quia proprietas personalis diuina non conuenit naturæ, sed personæ; est etiam aliqua operatio propria personæ, quæ non conuenit naturæ, quæ sunt operationes notionales. Et quia tota natura conuenit personæ; nulla est operatio naturæ, quæ non conueniat personæ. Et ita veris vera concordant.

Confirmatio.

Hæc est autem sententia S. Thomæ expressa in 3. d. 5. q. 1. ar. 3. vbi docet, personam significare aliquid subsistens in natura, & distinctum; quod idē docet 1. p. q. 29. ar. 3. ad 2. & ar. 4. in disput. q. 9. de personis, ar. 4. 6. ad 3. & 4. & confirmat, quoniā cum persona sit quid subsistens distinctum, nisi ratio multiplicaret subsistentia, non multiplicaret personas. Item comprobatur auctoritate Conciliorum, in quibus decernitur esse in Deo tres subsistentias, hoc est, tria subsistentia.

CAPVT LVI.

D Relatio spiratoris non constituit subsistens, sed aduenit subsistentibus.

Fuit olim opinio quorundam Theologorum in scholis oblitterata, & expuncta, quam ætatis nostræ Theologi quidam è tenebris excitarunt, & vehementer propugnant quod spirator sit res vna subsistens in natura diuina, & indiuiduum ipsius naturæ. Quam nos opinionem, vt doctrinæ orthodoxæ dissentientē, optates cōuellere, faciemus quæstionē longiorē tribus partibus diuisam.

Pars

stasibus, sed eas secum afferunt.

7.

2. Coroll. In forma angelica est communicatio cum propria persona; & ideo omnis operatio personæ, conuenit formæ, quia illi personalitas conuenit, vt n.

In diuina autem quæ operatio propria est personæ, sc. notionalis, quæ non conuenit naturæ, & nulla est operatio naturæ, quæ non conueniat personæ.

8. S. Thom.

Ratio.

Concilia.

De hac inscriptione libr. 2. c. 38.

Aduersatur cū citatis ibi, Molina citandus p. 1. n. 12.

Pars prima : *Relatio spiratoris non constituit subsistentiam.*

Secunda : *Spirator non est individuum in natura divina.*

Tertia : *Quid de opposita sententia sentiendum sit.*

PARS PRIMA.

Relatio spiratoris non constituit subsistentiam.

Durand. d. 17. & Ioan. Scot. d. 12. q. 1. aiunt eam questionem esse nominis non rei, utrum Pater, & Filius sint unus spirator, an plures spiratores: quia cum spiratoris nomine non intelligerent rem unam subsistentem in natura divina, sed originem, & relationem unam in duobus subsistentibus Patre, & Filio: questio nominis erat, utrum duo subsistentia diceretur unus spirator, an plures spiratores. Nunc verò questio ista est rei, non nominis: quia disputamus de re ipsa quae spirat, utrum sit res una subsistens in natura divina, & habens potentiam spirandi: an verò sine res duae, scilicet Pater, & Filius? Quod si illud argumentum Caietani valeret, quo probat Deitatem subsistere, quia Pater, & Filius sunt Deus unus; eodem esset comprobatum spiratorem esse rem unam subsistentem, quia Pater, & Filius sunt unus spirator. Sed infirmato iam antea argumento isto, disputandum erit, utrum spirator sit res una subsistens?

Barthol. Torres opinatur spirationem actuam esse rem subsistentem; ita tamen ut ipsa non spiret, aut operetur: sicut, inquit, albedo, etsi subsisteret non esset alba. Qua quidem ratione ponit relationem istam subsistentem, sed non operantem: quia considerat nudam relationem, & non aliquid constitutum ex relatione, & natura, quod possit per se operari. Hoc verò assertum valde abhorret à vera philosophia: tum quia si spiratio est res subsistens, spirator quoque res est subsistens, & quae per se spiret: quod ille non concedit recte admonitus. Tum etiam quia id subsistit, quod per se existit, & operatur; non ergo scite negat operationem rei subsistenti. Tum vel maximè, quia si haec relatio subsisteret, esset hypostasis, aut saltè individuum naturae; subsisteret enim in natura divina, quid est proprium individui naturae: & esset constitutum ex natura, & relatione: quae omnia vir hic doctissimus probe

A recusat. Et ipso exemplo albedinis convincitur: albedo enim si subsisteret, esset alba: quia existeret per se, & esset id quod est: & idem esset albu & albedo: sicut si humanitas per se subsisteret, esset homo.

B Considerandum igitur est relationes divinas dici subsistentes non formaliter, sed identice; hoc est, esse res subsistentes, sed non significari per modum subsistentis nominibus abstractis: nam paternitas est duntaxat proprietates hypostatica, quae non generat, aut creat. Pater autem claudit suo conceptu personae non solum paternitatem, sed naturam qua generat, & creat; & idcirco formaliter subsistit. Quare Deitas quae suo conceptu includit existentiam, & potentiam formaliter subsistit per se ipsam existens, & operans: relationes autem divinae subsistunt secundum identitatem, quia sunt personae subsistentes. Hoc igitur quaeritur hoc cap. utrum spiratio activa subsistat saltem identice? vel ut dicam clarius, utrum spirator, quod est concretum illius relationis, subsistat formaliter, & per se existat, & operetur; ita ut sit res quaedam communis Patri, & Filio, quae per se spiret, & per se existat, & operetur?

C Adhuc observandum est, quod subsistere in rebus creatis significat modum quaedam rei perfectum quod à nullo pendet: quo pacto diximus naturam angelicam imperfectè subsistere, quia aliqua ratione pendet à supposito. Quod si haec dependentia intelligatur secundum causam realem, certum est spirationem actuam subsistere, quia à nullo pendet reali dependentia: quo etiam pacto non potuit quaestione versari, utrum Deitas subsistat; cum à nullo pendeat. Altero ergo sensu tractatur questio, ut dicatur per se subsistere quod in se ipso habet rationem subsistendi: Deitas enim existit per se, & operatur per se, non quia est Pater, sed quia est Deitas. Qui verò negat Deitatem per se subsistere, consequenter contradicendo affirmat Deitatem operari quia est Pater; ita ut id quod per se operatur non sit natura, sed persona. Et eodem sensu quaerendum est, utrum spirator sit res quaedam communis per se spirans? & qui tenent partem affirmantem, consentaneè dicunt spiratorem istum non spirare, quia Pater spirat, sed per se ipsum; imò Patrem spirare, quia spirator spirat: quod adhuc magis declarandum est.

Convincitur ipso suo exemplo albedinis.

3. Aduert. Relationes sunt subsistentes identice, sed non formaliter, seu non significantur per modum subsistentis.

Declaratur Deitas, quae in suo conceptu includit existentiam, & potentiam, formaliter subsistit, ut cap. 39. p. 2.

Sensus quaest. an spiratio activa, identice, seu an spirator formaliter subsistat?

4. Aduert. De subsistente pro independente, ut cap. 21. p. 1. n. 3 & 9. & c. 39. p. 1. n. 2.

Pars affirmativa.

Quaest. est de subsistente pro habete in se rationem subsistendi, ut cap. 41. n. 6. Sic Deitas subsistit per se.

Sensus quaest.

1. Pater spirat, quia spirator spirat; non contra.

Durand. & Scot. aiunt quest. esse de nomine, sine uno spirator, an plures?

Admissa sent. opposita titul. questio ista est de re.

Pro easent. arg. Caiet.

Infirmatum est cap. 39. p. 1. a n. 4.

1. Sent. Torres.

Quod spiratio est subsistens: sed non operans. Exemplum albedinis, quae, inquit, etsi subsisteret non esset alba.

Improbatur 1. Spirator esset res subsistens, & per se spiraret.

Improbatur 2. ut sibi repugnans.

Improbatur 3. Esset hypostasis, aut saltè individuum naturae.

3. Aduert. Hæc explicatur, Spirator est res vna subsistens per se.

Vera est, si sensus sit, non per aliud re ipsa distinctum.

Falsa, si sensus sit, non per aliud ratione distinctum.

In 1. sensu de fide est spiratorum esse subsistentem per se.

Similiter de Deitate.

In 2. sensu est questio de spiratore per rationem sc. discreto à Patre, & Filio.

6. Resolutio.

1. sent. pars 1. improbat. Pars 2. approbat.

Improbatio nisi ratio euid. Existentia, & potentia operandi ad naturam pertinet.

7.

2. Sent. primæ opposita: quod spirator est constitutum ex relatione, & natura, sed non subsistit, sicut nec Deitas.

2. Sent. pars 2. approbat.

Pars 1. improbat, vt re-

Aduertere enim licet duplicem esse sensum istius pronuntiati, Spirator est res vna per se subsistens; vel vt per se significet non per aliud re ipsa distinctum, siue non per causam realem; vel vt per se significet non per aliud ratione saltem distinctum. Priori sensu spirator est res vna, quia identicè est ipsa spiratio, & subsistit per se; hoc est, non per causam realem, neque per aliquid re ipsa distinctum; quia subsistit per Patrem, & Filium, quæ sunt res non distinctæ ab spiratione actiua. Posteriori sensu spirator non est res vna per se subsistens, quia si res illa, quæ est spiratio actiua, distinguatur cogitationis opera, à Patre, & Filio, non subsistit per se neque operatur per se. Priori autem sensu nulla est questio, cū fide Catholica sanctum sit Patrem, & Filium esse vnū spiratorem: quo fit vt ipsa spiratio actiua sensu identico subsistat per se, hoc est, non per distinctas res; quia est idem cū Patre, & Filio subsistentibus. Quo eodē sensu nulla est questio, vtrū Deitas subsistat per se, cum non sit res distincta à personis subsistentibus. Sicut ergo vt Deitatem per se subsistentem asseramus posteriori sensu questionis, secernimus illam speculando à personis: ita & spiratorem à Patre, & Filio cogitando se iungi necesse est, vt illum per se subsistentem meditemur: ita vt sit Pater subsistens, & Filius subsistens, & adhuc istis exceptis, sit spirator per se ipsum proprio conceptu subsistens.

Constitutum itaque sit contra Bartholom. Torres, spiratorem non per se subsistere; si nomine spiratoris significetur sola relatio, vt ille rectissimè indicauit. Probatur hoc evidentissimè; nam proprio conceptu relationis non continetur natura, qua illa relatio per se ipsam existat, & operetur: existentia enim & potentia operandi ad naturam pertinet.

Aliorum extat sententia isti priori vtraque parte opposita. Affirmant enim spiratorem esse aliquid constitutum ex relatione, & natura diuina; sed illud constitutum non subsistere per se; sicut & Deitatem per se subsistere negant. Hi verò qua parte repugnant spiratorem per se subsistere, probè quidem sentiunt: sed quia affirmant esse constitutum ex natura diuina, & relatione, ingenuè falluntur, &

abs re longissimè philosophantur. Nam dum negant spiratorem per se subsistere, agnoscunt nomine isto non significari subsistens, sed formam subsistentis; constitutum autem ex relatione, & natura, non potest intelligi, vt forma subsistentis. Quia ipsum subsistens, verbi gratia Pater, est constitutum ex natura, & proprietate: ergo non aduenit illi nouum constitutum ex natura, & proprietate: ratio autem spiratoris aduenit Patri iam subsistenti nostro intelligendi modo: ergo ratio spiratoris non est constitutum ex natura, & proprietate: quod argumentum palmarium est. Et confirmatur, quia illud constitutum claudit suo conceptu essentiam, & existentiam; & aduenit personæ existenti: ergo aduenit per accidens; esse enim quod aduenit præexistenti est accidentarium. Præterea, Pater suo conceptu includit naturam; ergo spirator Patri addit solum relationem spiratoris: sed spirator nihil significat subsistens, sed duntaxat formam aduenientem Patri: ergo suo conceptu non significat naturam, quæ Patri non aduenit, sed solam relationem quæ aduenit. Secundo hoc idem commòstratur: nam in persona nihil meditamur per modum formæ informantis, nisi aut naturam, aut potentiam, aut operationem, aut relationem: cum ergo illi fateantur spiratorem non significare subsistens, sed quasi formam subsistentium; illud coniunctum ex natura, & relatione, aut erit natura, aut potentia, aut operatio, aut relatio: & singula confutantur facillimè. Natura enim, operatio, & relatio, sunt simplices res, non constitutæ ex natura, & relatione; sed neq; potètia est constitutum ex natura, & relatione: constitutum enim dicitur quod ex duobus quasi partibus constat; potètia autè spirandi est ipsa natura, relatio verò non est potètia, sed additur potètiæ in obliquo; ergo etsi hoc nomine spiratoris dicant significari formaliter potentiam spirandi, quod falsum est, & illi haud credunt, adhuc tamen non significaret aliquid constitutum ex natura, & proprietate, constitutione Theologica, de qua disputamus. Neque verò dubium est potètiā spirandi non subsistere per se: quia cum potètia sit ipsa essentia diuina, si potètia spirandi formalitèr per subsisteret, per se spiraret; & essentia spiraret, quod est

pugnans parti 2.

Patri, qui est constitutum ex natura, & proprietate, non potest aduenire nouum constitutum simile vt forma subsistentis.

1. Confirm. Adueniret per accidens.

2. Confirm.

Improbatur 2. In persona nihil consideratur vt forma informas, nisi natura, potentia, operatio, & relatio.

Sunt res simplices.

Constitutum dicitur quod ex duobus quasi partibus constat.

Potentia spirandi est ipsa natura, relatio additur potètiæ in obliquo: quare non est constitutum.

Certū est potètiā spirandi non subsistere per se formalitèr.

Aliàs ipsa, atq; adeo essentia, per se spiraret.

C

D

hæreticum. De ipsa ergo relatione spiratoris quærimus utrum per se subsistat, & utrum ex illa, & natura constituatur aliquid vnum, sicut ex proprietate, & natura constituitur persona. Tertio comprobatur argutiori ratione: Relatio enim coniungitur cum essentia ordine rationis ad constituendam personam, quia oportet partes constituentes antecedere constitutum: at verò constituta iam persona, relatio quæ aduenit personæ, non antecedit illam, sed consequitur; ergo adhuc ut sit forma personæ, non est necesse ut intelligatur coniuncta cum natura coniunctione aliqua rationis, ut ex utraque sit vnum coniunctum; sed coniungitur sola identitate, quia relatio spiratoris & natura sunt res eadē, quod non satis est ut intelligamus aliquid constitutum ex utraque. Demum extra hos Doctores, ex eo quod probatum est Deitatem subsistere, conclusio scita colligitur spiratorem ex natura Deitatis constitutum subsistere. Ecquis enim negat habentem Deitatem per se existere, & operari? maximè, quia si spirator suo conceptu clauderet naturam diuinam, addita proprietate spiratoris, esset res habens naturam, & esset indiuiduum naturæ: & ad modum personæ per se subsisteret.

Tertia igitur opinio utraq; parte errat. Affirmat enim spiratorem per se subsistere cum prima sententiâ, quam refutauimus: & esse constitutum ex natura, & proprietate, quod in secunda opinione improbatum est. Sed adhuc istæ partes coniunctæ augent errorē. Nam secunda quidem opinio videtur res satis tuta in rebus fidei, siquidem negat spiratorem per se subsistere. Prima autem videtur explicanda quod spirator subsistat identicè, ut diximus. Hæc 3. quæ explicatio est, & utramque complectitur improbabilis est, & fidei parùm consentanea.

Primum confutatur ex eo quod Pater, & Filius sunt vnus spirator, ut Concilia definiunt: quare nomen, spirator, significat quasi formam, qua Pater, & Filius spirant: cum ergo probatū sit illud constitutum, quod fingunt ex natura, & relatione spiratoris, non posse intelligi ut formam Patris, aut Filij: iisdem argumentis conuincitur, nullum esse constitutum illud subsistens, quod tertia opinio fingit.

A Hoc argumento conuicti quidam respondent nomē spiratoris non significare quasi formam Patris, & Filij: negant enim Patrem, & Filium esse spiratorem formaliter & propriè; quemadmodum etiam dissentitur Spir. Sanctū procedere formaliter & propriè à Patre, & Filio. Sed ea sententia tanquam hæretica confutata à nobis est lib. 2. Et eodem nomine cōfenda est pars altera opinionis, quod Pater, aut Filius non sit formaliter, & propriè spirator, cū definitū sit in Cōc. Flor. Patrē, & Filium esse vnū spiratorem.

B Emendant ergo sententiâ, sed verbo tenus; dicentes Patrē, & Filiū esse quidē propriè, & formaliter spiratorem, nō quia relatio spiratoris sit quasi forma illorū, sed quia fundatur in illis. Quæ respōsio irrisione dignissima est. Nā illud dicitur tale aliquid formaliter, quod formā habet talis, ut albus formaliter qui habet albedinē, quæ est forma albi: ergo is est formaliter spirator, cuius est quasi forma relatio spiratoris. Præterea aliud est formaliter referri, & aliud fundare relationē: Nam humanitas fūdat paternitatē, qua non refertur formaliter: & illi arbitrantur diuinā essentiā fundare relationes originis, quæ tamē essentia nō refertur relationibus istis. Quare autē ista relatio spiratoris fūdetur in Patre, & Filio, nullā rationē quā accōmodēt, inueniūt; cū aliæ relationes personales, aut in natura, aut in origine fundentur: sed aiunt necessariò cōfitendū esse, istā relationē fūdari in Patre, & Filio, ut illi dicantur propriè & formaliter spirator: quare autem hæc sola relatio diuina fundetur in personis; rationē latere in arcano mysterio Trinitatis. Quod respōsum non possumus non vehementer mirari: id enim quod fingunt ex animi sententiâ, quod nouū est, & inauditū, cū nequeant rueri, patrociniū quærunt ignorationis, quod res sit occulta: cum nos palam defendentes veritatem ab antiquis traditam, etiam causam dictorū vtrò afferamus, nunquam causantes rem esse occultam. Sed neque satis est quod pro libito fundent istam relationem in Patre, & Filio, ut illi formaliter dicantur referri.

C Alij igitur hoc meliùs corrigere sibi videntur, affirmantes Patrem, & Filium formaliter esse spiratorem, & formaliter referri relatione ista: eamque

D relatio-

Improbatur 3. argutius. Oportet partes constituentes antecedere constitutum.

Relatio spiratoris sola identitate coniungitur cum natura, non verò constituendo coniunctū ali quod. Improbatur 4. ex n. 3.

Confirm. Alij spirator esset res habens naturam.

8. 3. Sct. cū 1. & 2. quoad 1. partē utriusque improbatam conuincens.

2. Sent. tuta est in fide. 1. explicada, vt cap. 55. p. 1. n. 9. & hic n. 7. 3. Improbabilis.

9. 1. Confutatio ex Concilijs confect. Spirator significat quasi formā, qua Pater, & Filius spirant; vnde nō significat constitutum, vt n. 7.

10. 1. Respons. negans id Cōfess. Colligitur ex duobus assertis consimilibus. Improbatur est 1. assertum vt hæreticum, lib. 2. c. 38. an. 3. Improbatur 2. assertum eodē nomine ex Cōc. Flor.

11. 2. Respons. emendatior verbo tenus. Improbatur 1. vt irridenda. Illud dicitur tale formaliter quod habet formam talis. Exemplum.

Improbatur 2. Aliud est referri formaliter aliud fundare relationem. 1. Exemplum. 2. Exemplum ex aduers. doctrina. Improbatur 3.

Solutio Refutatio notanda.

12. 3. Respons. Molin. 1. p. 9. 36. art. 4. d. 1. à cōcl. 1. & drinceps.

Hæc asserit quædam vera contra 1. & 2. respons.

Addit 3. sententiam.

Declaratur ex emplo. Deitatis.

1. Improbatio huius respõ. quatenus conuenit cū 2. sent. ex arg. positis n. 7.

2. Improbatio euidentior.

Quod est perfectum in natura, non aduenit hypostasi.

Hypostasis est id quod habet perfectam, & integra naturam.

Præhabenti naturam non aduenit habere naturam.

Hæresis damnaretur, qui ciceret Patri, & Filio aduenire Deitatem nostro modo intelligendi.

Ratio.

13. Solutio.

Refutatur. Ex illa conuincitur vanū esse

relationem fundari in essentia, vt & alias personales, & esse quasi formam Patris, & Filij; rectè quidem in his omnibus sentientes: & nihilominus aiunt spiratorem esse quid subsistens in natura diuina, ex relatione, & natura constitutum. Sicut enim Deitas est per se subsistens in se considerata; comparata verò cum persona est forma subsistentis: ita & spirator est individuum quoddam Deitatis subsistens per se: sed hoc idem individuum in Patre, & Filio est forma subsistentium. Et sicut Deitas per se creat; Pater autem creat ratione Deitatis: ita illud individuum per se spirat; Pater autem spirat ratione illius individui, quia est spirator. Sed hi Doctores qui opinantur individuum hoc esse formam Patris, & Filij, conuincuntur argumentis, quibus monstrauimus constitutum ex natura, & relatione non esse formam subsistentis. Illud verò est euidentissimum argumentum, quia id quod est perfectum in natura, non aduenit hypostasi: hypostasis enim est id quod habet perfectam naturam, non partem, sed integram naturam completè: præhabenti autem naturam, non aduenit habere naturam; iam enim hanc præhabet: ergo nomen spiratoris, quod aduenit Patri, & Filio hypostasibus perfectis, & naturam præhabentibus, non significat aliquid habens naturam; quia tunc habere naturam adueniret præhabentibus: sed significat solam relationem nostro intelligendi modo aduenientem hypostasibus. Neque dubitauerim hæresis damnare eum qui ausus esset asserere hypostasibus Patris, & Filij aduenire Deitatem nostro modo intelligendi: quia planissimè consequitur, eas hypostases dum alter generat, alter generatur non esse increata; diuinæque naturæ hypostases: sed solo nomine spiratoris contingere illis Deitatem: quod non solum intelligi non potest, sed neq; etiam nisi abnegata fide affirmari.

Cuius argumenti vnâ est responsio, vt dicant non aduenire hypostasibus Patris, & Filij totum hoc coniunctum quod nomine spiratoris significatur, scilicet naturam diuinam, & relationem spiratoris: sed aduenire alteram partem coniuncti, scilicet relationem. Hanc autem confessionem extorquentes; vehementissimè comprobamus vanū esse

A & fictum illud coniunctum, quod hypostasibus diuinis, quibus maximè conuenit, non potest conuenire coniunctum; sed opus est prius dissolui, vt altera pars coniuncti intelligatur conuenire: sanè cum Pater, & Filius propriè, & formalitè sint spirator, si hoc nomine significaretur coniunctum, integrum ipsum coniunctum Patri, & Filio adueniret, quod impossibile est. Itaque non solum monstrauimus hoc coniunctum non esse formam Patris, & Filij, vt illi philosophantur: sed nullum esse coniunctum illud, vt potè nullam ob causam constitutum, cum non conueniat personis, quibus maximè conuenire nomen spiratoris Ecclesiæ sanctione firmatum est.

B Sed probatur iam quòd hoc coniunctum non subsistat, nec verò prius in se subsistat quàm Patri, & Filio conueniat, vt hi Doctores commentant. Primum ergo probatur, quòd relatio spiratoris non constituat subsistens: Nam nostro intelligendi modo duæ personæ primæ originis Pater, & Filius antecedunt spiratorem, quæ est principium secundæ originis. Est enim ordo inter origines: relatio ergo spiratoris aduenit hypostasibus subsistentibus, videlicet Patri, & Filio: ergo non constituit subsistens. Probatur consequentia, hypostasis enim est vltimum subsistens, & ultra vltimum nihil est; ergo quod aduenit hypostasi vltimò subsistenti, non constituit subsistens. Respondent hi Doctores, relationem aduenire quasi ex parte naturæ; & idcirco constituere quasi seorsum extra Patrem, & Filium, nouum subsistens: sicut constitutis duabus primis personis spiratio passiva constituit nouum subsistens Spiritum Sanctum; quia additur naturæ, non ex parte personarum iam constitutarum, sed quasi ex parte altera opposita. Sed hæc responsione manifestius declaratur efficacia argumèti: nam relatio quæ constituit personam, idcirco constituit subsistens distinctum ratione à natura, quia constituit relatum distinctum ab alio relato; quia non potest eadem natura subsistens referri ad se ipsam, sed necesse est relatione constitui subsistens, quod est persona, distinctum ratione à natura, quod subsistens refertur ad aliud subsistens relatum: quare si Deitati subsistèti adderetur proprietates absoluta, illa non constitueret nouum subsistens

C D

coniuñctum in 2. & 3. sent. al. fertum.

Patri, & Filio aduenit spirator: quo nomine si coniuñctum significetur, eis adueniret coniuñctum integrum.

3. Improbatio eiusdem respõ. quatenus conuenit cum 1. sent.

Duæ personæ 1. originis antecedunt ratione spiratorem & spi ratio aduenit hypostasibus.

Hypostasis est vltimum subsistens.

Solutio.

Refutatur 1. Relatio non constituit subsistens distinctum ratione à natura, nisi quia constituit relatum distinctum ab alio relato.

Si Deitati subsistenti adderetur proprietates absoluta, non constitueret nouum subsistens

uum subsistēs,
vt cap. 55. P. 2.
n. 4.

Spiratio acti-
ua non distin-
guit duas per-
sonas ab Spiri-
tu Sancto, sed
indicat esse di-
stinctas.

15.
Refutatur 2.
Relatio spira-
toris coniūgi-
tur cum natu-
ra, quasi pro-
prietatis perso-
narum, quib⁹
conuenit.

Sicut pater-
nitas nō intel-
ligitur ex par-
te naturæ, sed
personæ; ita nec
relatio spirato-
ris.

Refutatur 3. vt
sibi repugnās.

Refutatur 4.
Natura est
personarū spi-
rantium quasi
forma, non ve-
rò illis oppo-
sita.

16.
4. Improbatio.
Constitutum
illudsi esset sub-
sistens, & com-
mune, esset in
hypostasibus.
Ratio.

subsiſtens nostro modo intelligendi; sed idem subsistens prius cognitum redderet incommunicabile, vt de Angelis diximus: ergo spiratio actiua, quæ aduenit iam subsistentibus relatis, & perfectis personis, quibus ipsa relatio possit cōuenire, & quas possit distinguere ab Spiritu Sancto, non constituit aliquid subsistens ab illis distinctum, sed solum subsistentes personas, quibus aduenit, refert ad Spiritum Sanctum: imò spiratio actiua, vt dicemus, nostro intelligēdi modo non distinguit has duas personas ab Spiritu Sancto, sed indicat esse distinctas: nullum ergo subsistens hæc relatio constituit, aut distinguit.

Id verò quod excogitarunt spiratoris relationem aduenire quasi ex parte naturæ, falsum est, & absque ratione assertum. Dicimus absque ratione assertum, quia hæc relatio ad eundem modum coniungitur cum diuina natura, sicut ceteræ relationes; non quasi conueniens naturæ, sed quasi proprietatis personæ: Natura enim non refertur, sed persona: ergo sicut paternitas non intelligitur quasi ex parte naturæ, sed quasi ex parte personæ: ita & relatio spiratoris non intelligitur quasi ex parte naturæ diuinæ, cui non conuenit, quæ scilicet illa relatione non refertur, sed quasi ex parte personarum Patris, & Filij; quibus ea relatio est quasi forma, qua referuntur. Quod autem indicant, relationem istam acceptam ex parte naturæ constituere quasi seorsum nouum subsistens, falsum est & ineptissimè philosophantis: Nam cum idem indiuiduum subsistens affirmant esse quasi formam Patris, & Filij qua formaliter sunt spirator; quare illud constituunt quasi seorsum; cum formaliter illis insit vt forma illorum? Præterea natura ipsa diuina est earundem personarum quasi forma: quomodo igitur ex parte naturæ, quasi ex parte opposita, volunt constituere nouum subsistens? nulla sanè ratione opinio hæc stabilitur, nisi quadam opinandi libidine.

Præterea non cōsiderant nouum hoc constitutum subsistens cum sit habens naturam, & sit commune Patri, & Filio, oportere vt sit in hypostasibus: naturam enim communem, siue habentem naturam necesse est hypostasim esse: quod autem est commune additis

A proprietatibus fit hypostasis: ergo si spirator est aliquid habens naturam, & est commune, habebit suas hypostases, non Patrem, & Filium, sed alias, quod est hæreticum. Probatur consequentia: tum quia id quod est commune, fit hypostasis per additam proprietatem aduenientem; Paternitas autem, & filio non sunt proprietates additæ spiratori, neque aduenientes; sed potius relatio spiratoris additur his proprietatibus personalibus, sicut & aduenit illis. Tum etiam quia id quod est commune antecedit suas hypostases; & est forma singularium, quæ etiam sua simplicitate antecedit singularia, magis concreta: spirator autem non antecedit Patrem, & Filium; ergo alias hypostases habet quas antecedit, & quas constituat additis proprietatibus distinctis: quam hæresim nec somnare quidem possumus. Nos verò, vt facilis est doctrina prudentium, facili negotio respondemus, spiratoris nomine non significari formaliter rem habentem naturam, quæ habeat suas hypostases, eò quod sit communis: sed significari solam relationem, siue proprietatem duarum personarum; quæ etsi sit communis, non postulat sibi nouas hypostases, sed illas easdem quibus aduenit.

Illud postremum argumētum nobis suppetit: quod cum hi Doctores commentantur indiuiduum per se spirans, & prius spirans ordine rationis, quam Patrem, & Filium intelligamus spirantes: necesse est, velint nolint, confiteantur, illud indiuiduum prius etiam subsistere; quod tamen cum fide Catholica pugnat, qua credimus spiratorem esse principium secundæ originis, & Patrem omnibus modis primum. Probatur cōsequentia: tum quia dum aiunt spiratorem prius spirare, quam Patrem, iam aliquo sensu constituunt Patrem posteriorem: tum vel maximè, quia spiratio est per se existentis, vel subsistentis. Quare sicut ex hoc quod Deitas per se operatur, per se quoque existit, & subsistit; imò & subsistit prius nostro intelligendi modo, quam persona: ita etiam si spirator per se subsistens prius spirat, prius quoque subsistit, quam Pater: quod intelligi nulla ratione potest, cum spirator sit principium secundæ originis, Pater verò originis primæ,

Vnde haberet
suas hyposta-
ses, alias à Pa-
tre, & Filio.

1. Ratio.
Quod est cō-
mune fit hy-
postasis per ad-
uenientē pro-
prietatem.

2. Ratio.
Quod est com-
mune antece-
dit suas hypo-
stases, & est for-
ma singulariū

In sent. tituli
quid dicendū?

17.
5. Improbatio

Indiuiduum
si esset per
se, & prius spi-
rans, quàm Pa-
ter, & Filius,
prius etiā sub-
sisteret.

1. Ratio.

2. Ratio.

Exemplū Dei-
tatis.

Spirator
est principium
2. origin. pater-
nitas i. origi-
nis, iuxta fidē.

Licet non in
caulis per ac-
cidens, rament
in causis per se
congruus or-
do est vt causa
prius operans
prius existat,
& subsistat.

In diuinis or-
do necessarius
est, vt non pri-
us intelligatur
operans spira-
tor, qui poste-
rius ratione in-
telligitur sub-
sistens.

Cōsonat præ-
cedens impro-
batio,

18.

6. Improbatio

Tale indiui-
duū subsistens
esset suppositū

1. Ratio
ex improb. 2.
de qua n. 7.

Quod nullius
est, suppositū
est, aut perso-
na, vt c. 19. p. 4
n. 4.

Suppositū est
res sui iuris.

Solutio con-
sona 1. respōsi-
o, de qua n. 10
Refutatur, vt
ibidem.

2. Ratio

Explicatur ma-
gis ex c. 36. n.
2. & 3.

vt Catholica fides nos admonet. Rectè
quidē aduertimus in causis per acci-
dens, aliquam causam alterā prius ope-
rari, & non prius existere, aut subsistere:
sed in causis per se, congruus est ordo
creationis, vt causæ prius operantes pri-
us existant. In diuina autem processio-
ne, in qua ordo rationis non solum est
congruus, sed omninò necessarius, & in-
rimus, ex propria ratione formali vnum
cum altero conferendo, fieri non potest
vt prius intelligamus operantem spira-
torem, quem intelligimus posterius sub-
sistentem: cum enim operatio sit subsi-
stentis, si Pater prius subsistit, prius quo-
que spirat. Et hoc idem monstrabam-
us præcedenti argumento, scilicet fie-
ri non posse, vt id quod est commune
habens naturam, consequatur suas hy-
postases, quas potius deberet antecede-
re. Negandum igitur relationem spira-
toris constituere subsistens: & pacabi-
tur omnis controuersia.

Sed adhuc probatur, quod istud sub-
sistens, quod etiam appellant indiuiduū
naturæ, sit suppositum, siue persona. Pri-
mū: quia hoc constitutum ex natura,
& relatione non potest intelligi, vt for-
ma alterius subsistentis: neque enim est
natura, neque potentia, neque operatio,
neque relatio, neque forma aliqua, quæ
attribui possit diuinæ personæ subsisti-
ti: quod autem nullius est, ipsum est sup-
positum siue persona, vt hoc lib. docui-
mus; & præci Philosophi suppositum di-
cebant rem sui iuris, quæ scilicet non est
alterius, sed omnia illius sunt. Quod si
respondeas hoc indiuiduū non esse for-
mam subsistentium Patris, & Filij: peius
erratum est; cōsequitur enim Patrem, &
Filium non esse propriè, & formaliter
spiratorem, quod est hæreticum, vt dis-
putauimus: quemadmodum si sapientia
non esset Patris, quasi forma quæ dat
nomen sapientis, Pater non esset sapiēs.
Præterea cum inter Philosophos, & Pa-
tres nihil notum sit quod non pertineat
ad naturam, vel ad personam, siue hy-
postasim: cum spirator non sit natura,
sed indiuiduum naturæ; consequitur vt
sit persona, siue hypostasis: nos verò di-
cimus spiratorem esse personas duas,
quarum sit spiratio communis proprie-
tas. Explicatur hoc magis: natura enim
diuina, vt hoc lib. commentati sumus,
est quasi species, cuius sunt quasi indiui-

A dua, diuinæ personæ in eadem natura
subsistentes: inauditum autē est & para-
doxon incredibile, quod sit aliquod in-
diuiduum speciei, quod non sit hyposta-
sis, siue persona: ergo si spirator est in-
diuiduum speciei, est hypostasis. Ha-
ctenus Theologia cum Patribus non
agnouit, nisi naturam, & indiuidua na-
turæ speciei, quæ sunt personæ. Istud in-
diuiduum est extra ordinem hypostasis,
& naturæ, inter quæ nullum est medium
interiectū: ergo indiuiduum istud quod
spiratorem dicit, est quasi appendix hy-
postasis, imò monstrum naturæ, quod
neque ad naturam pertineat, neque ad
personam. Est etiam hoc indiuiduum
quædam dimidia persona, siue semiper-
sona. Persona enim est subsistentia in-
communicabilis: spirator autem consti-
tuitur, vt aiunt, relatione spiratoris, quæ
Spiritu Sancto non potest communica-
ri; & ex hac parte fatentur esse aliquod
subsistens incommunicabile: sed Patri,
& Filio commune; ergo est in hac parte
dimidia psona, siue semipersona. Quod
non solum est inauditum; sed sapit hæ-
resim quaternarij personarum. Erunt
enim dicendæ personæ tres, & semiper-
sona quædam. Quod etiam derogat ma-
ximè diuinæ dignitati. Nihil enim in
Deo est quasi dimidium, & imperfectū;
sed omnia integra, & perfecta. Nos ve-
rò sincerè confitemur iuxta fidem Tri-
nitatis personas tres suis proprietati-
bus distinctas in natura vna: ita vt no-
men, spirator, nihil significet, nisi (quod
Patres aiunt) proprietatem comunē
Patri, & Filio, qua ab Spiritu Sancto
distinguantur.

SECUNDA PARS.

*Spirator non est indiuiduum natura
diuina.*

AT verò contra hoc ipsum indiui-
duum quod spiratorem vocat, ar-
gumenta depromuntur à tota disputa-
tione Theologica, quæ hoc tomo tra-
ctatur. Nam à lib. 1. in quo commostrau-
imus ternarium personarum diuinarū,
colligimus non esse addendam quasi se-
mipersonam, spiratoris nomen, in Pa-
tribus, & scholis non auditum. Et cum
diuinæ personæ distinguantur origine,
& relatione, colligimus numerum ter-
narium

Omne indiui-
duum speciei
est hypostasis
siue persona.

Theologia, &
Patres agno-
uerunt solam
naturam, & in-
diuidua natu-
ræ, quæ sunt
personæ.

Esset hoc indi-
uiduum appen-
dix hyposta-
sis, imò mon-
strum naturæ.
Esset semiper-
sona.

Ostenditur,

Hoc sapit hæ-
resim quater-
narij persona-
rum, de qua li-
br. 1. c. 43. p. 1.

Item derogat
diuinæ digni-
tati.

In sent. tituli
quid dicendū?

Spirator so-
lum significat
proprietate cō-
munem Patri,
& Filio.

1.

Tituli
1. probatio ex
lib. 1. cap. 42.
p. 4. & c. 43.
Ratio.

Ex origine, &
relatione colli-
gitur ternari-
um in Deo, si per-

sonr per se i.
spirant, & refe-
runtur.

Sin illa com-
munis semi-
persona, erunt
duo binarij.

Ecclesia vnum
ternarium vene-
neratur.

Indoxit no-
mē spiratoris,
vt Græcis de-
clararet no ef-
se Filij distin-
ctum princi-
pium à Patre.

Hæc est præ-
cipua proba-
tio, quod Ec-
clesia hætenus
non adoravit
hoc individuū
naturæ.

Non est cre-
denda ignorat
se quod vene-
rari debuit.

Omai indi-
viduo rationa-
lis naturæ ho-
nor defertur:
diuine, diuin^o
debetur.

Si hoc indiu-
duum denuò
agnoscatur, ad-
dendum erit in
formulis præ-
candi.

Imò in for-
ma baptisimi.

Attestatio
S. Bernardi
citati libr. 1. c.
24. p. 3. n. 1. & 7

Contestatio
Auctoris.

Relatio Spira-
toris in dua-
bus personis ado-

narium rectissimè assignari, si personæ
quidè per se primò operantur, opera-
tiones notionales, & per se primò refe-
runtur: quòd si non personæ, sed illa cõ-
munis semipersona per se primò spirat
& refertur, potiùs celebrandus erit nu-
merus duorum binariorum, scilicet Pa-
tris, & Filij; spiratoris, & Spiritus Sancti:
cum tamen Ecclesia Dei non duos bi-
narios, sed vnum ternarium veneretur:
neque nomen spiratoris induxerit, nisi
vt Græcis declararet Filium non esse
distinctum principium à Patre, sed am-
bos esse principium vnum, & spiratorè
vnum. Hoc verò nobis præcipuum ar-
gumentum est contra nouellam istã opi-
nionem. Nam Ecclesia Dei hætenus nõ
adorauit hoc individuū diuinæ naturæ,
quod spiratorem nuncupauit, neque vs-
quam inuocauit, agnouit, aut coluit.
Quòd si tot seculis ignorauit diuinæ na-
turæ individuū, quod debuit venerari,
& colere, non parum quidè ignorasse
credenda est: omni enim individuo ra-
tionalis naturæ est aliquis honor dese-
rendus; quanto amplius debet naturæ
diuinæ individuū Deitatis particeps,
haberi in honoribus diuinis. Quòd si id
hætenus ignoratum est, condantur no-
uæ precandi formulæ; adoremusque Pa-
trem, & Filium, & Spiritum Sanctum, &
nouum spiratorem: imò & à Christo Do-
mino exoptulemus, quæ causa fuerit vt
spiratorem diuinum non modò occul-
tandum nobis esse decreuit; sed à forma
quoque sancti baptismatis, atque ab in-
uocatione diuini nominis se iunxerit: li-
ceatque nobis ab ea ignoratione tandè
erumpentibus, nomen addere spirato-
ris in sancta Iustratione, cum sit nomen
individuū habentis eandem naturã, cu-
ius nomine credimus regenerari infan-
tes. Sanè libet mihi cum S. Bernardo
audacem esse, lib. 5. de Consideratione
ad Eugenium, cap. 7. qui ingenuè profi-
tetur Deum se duplum non adorare, ne-
que habere spem in illo collocatam, sed
simplicem Deum colere, & inuocare.
Neque ego adorauerim Deum semiper-
sonam tanquàm à se ipso producentem
Spiratum Sanctum: sed cum Ecclesia Dei,
firmitèr adoro Deum verum vnum: &
in vno vero Deo personas tres: & in
duabus personis Patre, & Filio agnosco
commune spirationis principium: quam
diuinam relationem in his duabus per-

A sonis simul adoro; sed ab illis non sepa-
ro, neque consentio separandum. Et hoc
quidè ex lib. 1.

Deindè à lib. 2. argumenta depromē-
do probatur Patrem per se primò spi-
rare, ita vt non detur vllus locus illi in-
diuiduo (quod confingunt) per se primò
spiranti. Nam Pater non solum est prin-
cipium spirandi, sed primum; vnde &
anarcos dicitur, hoc est, principiu prin-
cipale, siue primum: primo autem nullū
est prius: ergo Pater per se primò spirat.

B Quòd autem Pater sit principium pri-
mum spirandi lib. 2. edocuimus. Et idè
testatur S. August. lib. 4. de Trinit. c. 2.
vbi Patrem vocat principium Deitatis:
ergo in Deitate nullum est principium
originis, quod vlla ratione sit prius
Patre: & S. Dionys. de diuin. nomin. c. 3.
Solus (inquit) *fons supersubstantialis Dei-
tatis Pater.* fons autem est origo pri-
ma, siue primum originis principium,
quo nullum est prius: & eodem nomine
fontis compellat Patrem Conc. Tolet. c. 6.
in confess. fidei, & Florent. in literis
sanctæ vnionis, sess. 22. ergo non est cõ-
stituendum vllum aliud individuū, quod
sit spirandi principium primum, imò &
prius Patre; sed solus Pater est fons, vt
ait S. Dionysius, vtriusque originis. At
verò illi Doctores nostro intelligendi
modo, de quo est tota ista disputatio,
duos fontes in Deitate putant se repe-
rissent: alterum generationis, alterum spi-
rationis.

Vnde etiam consequitur ex ista no-
ua opinione duos esse ingenitos: inge-
nitum enim est principium sine princi-
pio; principium autem spirationis si est
vnum aliquid subsistens individuū, il-
lud profectò est principium sine princi-
pio: principium quia per se spirat: & si-
ne principio, quia neque spiratur nec
gignitur. Nos enim nomine principij
spirandi intelligimus duas personas,
quarum altera est sine principio, altera
ex principio, vt lib. 2. elucidauimus iux-
ta fidei sanctiones. Hæreticum verò est
duos ingenitos dicere: idem enim est ac
si diceremus duos Deos, vt S. Hilar. do-
cet lib. de synodis post medium, & ex-
planat S. Thom. q. 10. de potent. ar. 5.

Et eodem argumento refellitur no-
uella ista opinio: nam si spirator est in-
genitum individuū, consequitur vt Fi-
lius non sit spirator, siquidè est genitus:
esse spiratorè,

anda, non ab
illis separada,
2.

2. Probatio ex
lib. 2. c. 37. n. 12
& cap. 38. 39. &
40.

1 Ratio.
Pater per se i.
spirat, & est
principiu spi-
randi primū,
seu anarcos.

S. Agust.
citarus lib. 2.
c. 33. n. 12. cum
alijs Patribus,

S. Dionys.

Conc. Tolet.
Conc. Flor.

Aduersarij du-
os fotes in Dei-
tate putant se
repperisse.

3.
Confirm. 1.
Sequeretur esse
duos ingeni-
tos: quod est
hæreticum.

In sent. tituli
nomine prin-
cipij spirandi
duæ psonæ in-
telliguntur, alte-
ra sine princi-
pio, ex princi-
pio altera.

S. Hilar.
S. Thom.

4.
Confirm. 2.
Sequeretur
etiam Filium nõ
esse spiratorè,

Nam & hæretici coarguebant, Filium non esse Deum, quia Deus ingenitus est, Filius verò genitus. Quibus respondemus Filium esse genitum, id est, increatum; sed non ingenitum, hoc est, non procedentem: præterea Filium habere naturam improcedentem, & ingenitam, sed ipsum esse personam procedentem, & genitam. At verò si spirator esset individuum diuinæ naturæ, non solum haberet naturam improcedentem, sed ipse esset improcedens, & ingenitus: ergo Filius qui est procedens, & genitus non esset spirator. Et hoc quidem nobis persuademus cum Patribus, & Theologis, duos esse credendos Deos si duo sint ingeniti. Opus enim est constituere primum principium vnde sit omnis origo: & principium aliud primum non potest intelligi, nisi diuisa Deitate. Hi autem Doctores etsi principium operandi non distinguant à Patre re ipsa, sed ratione; tamen eadem ratione speculante agnoscunt illud vt primum: ergo nostro intelligendi modo duo sunt vera prima, & ingenita; quod non solum est in Ecclesia Dei nouum, sed totum ordinem originis diuinæ peruertit, & conuellit. Nos verò confitemur catholicè Patrem esse principium solum primum: nomen autè principij conuenire duabus personis, quarum altera sit principium primum, altera principium de principio, vt lib. 2. elucidauimus, quibus sola relatio principij sit communis: ea verò relatio, neque est genita, neque ingenita, cum non sit habens naturam; sed solum est relatio habentium naturam genitoris, & geniti.

Adhuc probatur Patrem, & Filium per se ipsos spirare, ita vt nulla ratione meditandum sit individuum commune spirans. Pater enim eò quod habet infinitam naturam, habet quoque infinitam potentiam notionalem, qua potest quicquid est possibile; & Filius habet à Patre cum infinita natura infinitam potentiam notionalem, qua potest quicquid est possibile: qua eadem potentia secundum fidem Catholicam possunt spirare, & spirant Spiritum Sanctum. Ergo quod habent à natura diuina infinita, per se ipsos habent, cum sint personæ habentes infinitam naturam ex propria ratione personæ: ergo non ratione individui communis, sed ratione suæ infinitæ naturæ, & potentia, per se ipsos spirant

Spiritum Sanctum. Explicatur hoc magis; nam Pater, & Filius prius intelliguntur subsistentes in Deitate, quam illud individuum spirator, quod fingunt, vt illi consentitur; cum Pater, & Filius sint personæ primæ originis, spirator secundæ: hæ autem duæ personæ constitutæ per se ipsas habent infinitam naturam: ergo infinitam potentiam notionalem; quæ nihil aliud est quam natura ipsa infinita in persona, cui conuenit origo. Cui ergo his personis origo spirandi conueniat, eo ipso quod in illis intelligitur infinita natura, intelligitur notionalis potentia spirandi, & non per aliud individuum commune, quod otiosè cogitatur. Quod si per se ipsos, & per suam naturam habeat spirandi potentiam, vt euentissimo argumèto monstratum est; per se ipsos quoque spirant: eiusdem enim est spiratio, cuius est potentia. Et confirmatur adhuc, quia nomine spiratoris præter naturam nihil significatur, nisi origo, & relatio: naturam autem hæ duæ personæ non habent ab spiratore, cum ante illud individuum præintelligantur personæ habentes naturam: ergo ab illo spiratore non habent potentiam spirandi, quæ est ipsa natura: quod si ab illo non habent spirandi potentiam, neque spirandi operationem ab illo participant: siquidem spiratio per se est habentis potentiam. Et hoc idem luculentissimè monstratur; quia relatio nihil confert adiumenti potentia spirandi, etiam eo conceptu quo est hypostatica proprietates: nam cum Pater, & Filius ab spiratore non participant naturam diuinam, nihil ab illo participant, quo spirare possint: ergo per se ipsos spirant non per spiratorem. Et hoc idem probatur, quia persona non operatur, nisi per formam: nomine autem spiratoris non potest significari coniunctum ex natura & relatione, quod sic coniunctum sit quasi forma personæ, vt probatum est; ergo nullo modo Pater, aut Filius spirant per spiratorem; ergo dicendum est Patrem, & Filium spirare per se primò: per se primò, inquam, si operatio conferatur cum potentia prima, aut proxima spirandi, quæ eadem est in duobus. Nam si cum personis, prius spirat Pater nostro intelligendi modo, quia spiratio sicut & Deitas est prius in Patre, quam in Filio proximitate rationis, vt lib. 2. diximus. Et hoc confirma-

Explicatur magis. Pater, & Filius prius in Deitate subsistentes intelliguntur, quam illud individuum spirator, vt aduersus, fatentur.

Infinita potentia notionalis est ipsa natura infinita in persona cui conuenit origo.

Eiusdem est spiratio, cuius est potentia.

Confirm. 1. Nomine spiratoris præter naturam nihil significatur, nisi origo, & relatio.

Personæ spirantes non habent ab spiratore naturam, ac proinde potentiam spirandi, nec spirationem.

Confirm. 2. Spiratio quouis conceptu nihil confert adiumenti potentia spirandi cum non conferat naturam.

Confirm. 3. Persona non operatur, nisi per formam, qualis non est illud coniunctum vt p. 1. n. 7. Pater, & Filius per se spirant, comparata operatur. cum pot. 1. aut proxima spirandi: sed comparata cum personis, prius ratione spirat Pater quam Filius.

Ostenditur ex l. 2. c. 40. n. 7.

Censendum cum Patribus, & Theologis duo esse Deos, si duo sint ingeniti. Ratio euidens.

Etiā per rationem ponere duo prima, & ingenita, est peruertere totum ordinem originis.

In sent. tituli quid dicendum ex lib. 2. cit.

Relatio spirationis utpotè non habens naturam, nec genita, nec ingenita est, sed est relatio habentium naturam genitoris, & geniti.

5.

2. Ratio.

Pater, & Filius habent à sua natura infinita, & per se ipsos infinitam potentiam notionalem, qua possunt quicquid est possibile, & qua se cundum fidem possunt spirare, & spirant.

Confirm. 4. ex Richard.
In Deo non est mediata processio.

6. Aduert.
In hac, Petrus per hominem est risibilis, significatur 1. ordo rationis. Significatur 2. causa risibilis. 1. Dicitur. In hac, Pater spirat per spiratorem, spirator non dicit aliquid ratione prius Patre & Filio.

Ostenditur. Non est prius quasi prius subsistens, aut quasi commune contentum in conceptu singulari, per quod illi spirant.

Declaratur exemplo risibilis.

In conceptu illorum non continetur spirator.

Consequens est, quod illi solum identice sint spiratores, quod refutatum est cap. 55. p. 1. n. 9.

Ostenditur sequi.

2. Dicitur. In eadem non indicatur principium spirandi conuenire Patri per spiratorem.

Ostenditur ex ostensione 1. dicti.

confirmatur auctoritate Richardi lib. 5. de Trinit. cap. 9. dicentis in Deo non esse mediatam processionem; ergo non spirat spirator quidam per Patrem, & Filium, quasi mediate.

At verò vt hæc melius perspiciantur aduertendum est quòd cum dicimus Petrum per hominem esse risibilem duo significamus; primum, ordinem rationis, quo prius cogitamus hominem, quam Petrum, & Paulum, quæ sunt hominis individua: secundum, indicamus in homine rationem, siue causam risibilis, quæ prius inuenitur in homine conceptu communi, quam in Petro. At verò neutro modo potest intelligi Patrem spirare per spiratorem; primum, quia nomine isto spiratoris concreto non possumus cogitare aliquid prius ordine rationis, quàm Patrem, & Filium; quoniam neque subsistit prius quàm illi subsistat, vt liquet; neque intelligitur prius quasi commune quod continetur in conceptu singulari: ex eo enim dicimus Petrum per hominem esse risibilem, quia cum homo per se sit risibilis, necesse est Petrum, in cuius conceptu est homo, esse risibilem; aliàs falsum esset quòd Petrus per hominem sit risibilis: at verò conceptu Patris, aut Filij non continetur spirator, vt omnes Theologi agnoscunt, & continentur: ergo Pater, aut Filius non spirat per spiratorem, quasi per aliquid commune quod contineatur in conceptu singulari: quare consequens est vt Pater, aut Filius solum identice sint spiratores, quod antea confutauimus; nam si formaliter, spirant per se ipsos, per suam potentiam, & operationem, quæ in illis primò inuenitur, aut saltem per aliud commune, quod per se primò spiret, quod tamen contineatur in conceptu singulari. Secundò cum dicimus Patrem spirare per spiratorem non indicatur causa, siue principium spirandi conuenire Patri per spiratorem; nam spirator non includitur in conceptu Patris & Filij; quamuis ergo ille spirator, quem fingunt, per se primò spiret, non tamen Pater, & Filius per illum spirabunt, cum non claudatur conceptu illorum; nullum enim est consequens, vt quia spirator per se primò spirat, Pater, aut Filius spirent, nisi spirator illorum conceptu proprio claudatur. Itaque aut spirator est Patris quidditatum prædicatum, aut

A nulla rerum consequentia est, quòd Pater spiret per spiratorem, quia spirator spirat: quare asserentes indiuiduum quoddam per se primò spirare, non possunt explicare villo modo quòd Pater, & Filius formaliter spirent, sed solum erunt identice spiratores, quod à fide Catholica discordat.

Demum quid desideratur in Patre, & Filio, vt per se primò spirent, & non per spiratorem istum prius spirantem? respondebis spiratorem per se primò esse indiuiduum illud cui conuenit spirare, & idcirco operationem spirandi conuenire Patri, & Filio per illud indiuiduum. Cogitemus ergo indiuiduum istud, vt volunt, constitutum relatione, vt formam hypostaticam: Istud indiuiduum quo possit spirare nihil aliud habet quàm naturam diuinam cum relatione ista indiuiduante coniunctam: Patri autem & Filio prius constitutis, & subsistentibus nõ deest natura diuina, quæ est spirandi potentia; sed neque desideratur in illis relatio spiratoris indiuidua quominus spirare possint, quoniam ipsi sunt indiuidua completa incommunicabilia: ergo nulla indiuiduatio ad spirandum necessaria desideratur in illis; imò nulla indiuiduatio potest addi illis, vt potè vltimò indiuiduis: aliàs si indiuiduum vltimò, quod est persona, ideò quia est vltimum, non est aptum spirare; Pater, & Filius qui sunt vltima indiuidua, non spirabunt, sed solum spirator communis; ergo otiosum est, & absque vlla ratione confictum addere indiuiduis personis nouam indiuiduationem incompletam quò spirare possint: quare ante operationem spirandi non intelligimus relationem spiratoris quasi indiuiduantem, siue constituentem indiuiduum, sed solum in Patre, & Filio indiuiduis completis intelligimus potetiam spirandi, deinde operationem, demum relationem spiratoris, quæ relatio nullo modo antecedit originem, cum non sit necessaria ad constitutum indiuiduum. Est enim spirator nomen originis, & relationis, & non nomen personæ, aut indiuidui.

Ex lib. 3. argumeta quoque eruimus: Nam si est in natura Deitatis quoddam indiuiduum commune per se primò spirans, illud quoque per se primò refertur relatione spirantis, vt liquet. Pater autem, & Filius non per se ipsos, sed per

In sent. improbata non potest explicari quomodo duæ personæ formaliter spirent.

7. 3. Ratio.

Patri, & Filio, vt spirent, nõ deest natura diuina, non relatio indiuidua, quia ipsi sunt indiuidua completa incommunicabilia.

Otiosum est addere nouam indiuiduationem incompletam, vt spiraret.

In Patre, & Filio intelligitur 1. pot. spirandi: deinde operatio: deinde relatio spiratoris.

8. 3. Probatio ex lib. 3.

1. Ratio. Pater, & Filius non referrètur per se ipsos, sed per spiratorem.

Nō per hunc, tanquam per quidditatiū commune, vt n. 6.

Non tanquam per formam: quia formarelatiua est sola relatio, non cōiunctum.

Non tanquam per mediū relatiū: quia hoc ad vtrūque extremum refertur, & vtrique opponitur.

Spirator non refertur ad Patrem, aut Filiū. Ostenditur.

2. Ratio ex identitate spiratoris cum Patre, & Filio.

Referretur in diuiduū illud relatione paternitatis, & filiationis, sicut Pater, & Filius relatione talis in diuidui.

Respons.

Instantia.

per spiratorem referrentur. Hoc autem impossibile est: nec enim referuntur per spiratorem tāquam per quidditatiū commune, vt probatum est: quia spirator non clauditur conceptu Patris, aut Filij, sed aduenit istis personis constitutis: sed neque referuntur per illud commune tanquam per formam referendi; quia illud commune aiunt esse coniunctum ex natura, & relatione; forma autē relatiua est sola relatio, quod est planissimum argumentum: nam quatenus referuntur, duntaxat ad aliud sunt: ergo sola relatione qua ad aliud sunt, referuntur; & impossibile est eos referri per aliquod coniunctum ex relatione, & natura. Sed neque referuntur per spiratorem tāquam per mediū relatum: Nam relatum mediū refertur ad vtrumque extremum, vt filius qui est mediū inter nepotem, & auum, refertur ad vtrūque, & vtrique opponitur: sed spirator non refertur ad Patrem, aut ad Filium; aliās esset distinctus re ipsa ab illis oppositione relationis: ergo non est relatum mediū inter illos, & Spiritum Sanctum: ergo nullo modo per spiratorem referuntur: quod si per se ipsos referuntur, per se ipsos quoque spirant; cum ea relatio sit per se spirantis.

Alterum argumentū occurrit ex identitate spiratoris cum Patre, & Filio. Nā cum illud indiuiduum non clauditur conceptu Patris; neque Pater clauditur conceptu illius indiuidui per se spirantis: par atque est ratio, vt persona Patris referatur relatione illius indiuidui, & illud indiuiduum referatur relatione paternitatis. Mutuant ergo sibi relationes spirator communis cum Patre, & Filio: ergo idem spirator refertur relationibus Patris, & Filij oppositis: ergo est vnum relatum duabus relationibus oppositis: quod neque cogitari quidem potest. Dices, Indiuiduum illud non referri his relationibus, quia sunt opposita. Sed nos contra instamus: cum enim illud indiuiduum sit aptum referri; & eodem modo coniungatur cum relationibus Patris, & Filij, quo hæ duæ personæ coniunguntur cum relatione spiratoris: necesse est consequi aliquid impossibile; videlicet, aut quod illud indiuiduum referatur relationibus oppositis: aut quod hæ duæ personæ non referantur relatione illius indiuidui. Quia

eadem in his est ratio affirmandi, & negandi. Ergo tollendum est illud antecedens ex quo hæc impossibilia consequuntur, scilicet quod spirator sit indiuiduum diuinæ naturæ per se primò relatum; sed spirator sunt duo indiuidua per se relata relatione communi, & omnia sic concordant.

Circa librum 5. aliquid prælibandum est de spiratore quem dicunt commune indiuiduum. Et primum videndum est, quomodò hanc tuentibus opinionem explicandum sit illud pronūciatum, Deus spirat; sicut & alterum, Deus generat. Cum enim propositio, Deitas generat, sit damnata heresis; illam alteram, Deus generat, exponimus accipiendo subiectum propositionis nō pro Deitate, sed pro persona Deitatis. At verò qui meditantur spiratorem quasi indiuiduum constitutum separatim ex parte naturæ, vt aiunt; affirmant in hac propositione, Deus spirat, subiectum potius accipi pro natura diuina quàm pro persona Patris, & Filij. Quæ explicatio patet calumniæ, quasi asserant Deitatem spirare: siquidem aiunt Deo magis conuenire spirare, quàm Patri: Deum enim distinguentes à Patre, dicimus ipsam Deitatem communem, quæ nullo modo spirat. Sed missa isthac explicacione propositionis, quæ tuendæ illorum opinioni necessaria non est: expendere oportet, vtrum hæc sit vera propositio, Deus spirat, accepto nomine, Deus, non pro personis duabus, sed pro re quapiam cōmuni. Et quidem nomine abstracto, spiratio non spirat, sicut neque paternitas generat, quæ tamen est persona generans: nomine verò concreto, spirator spirat, propositio necessaria est. Sed nos aimus accipi nomen spiratoris pro personis: illi affirmant supponi pro indiuiduo cōmuni. Accipiamus igitur nomen transcendens quod abstractis, & concretis cōueniat, vt quæstio agitetur studiosius, vtrum hæc res spiret; nomine autem huius rei intelligo rem illam diuinam, quæ est communis Patri, & Filio: de ea re quæro vtrum spiret Spiritum Sanctum? Et suadet pars affirmans: quia propositio, Deitas spirat, negatur eò quod diuina natura non distinguitur ab Spiritu Sancto; quare non potest spirare, siue producere illum; aliās produceret se ipsam: & hæc est causa negandæ proposi-

10.
4. Probatio ex lib. 5.

1. Ratio. Explicantur hæc, Deus spirat, Deus generat. Hæc, Deitas generat, est hæresis.

In illa, Deus generat, subiectum accipitur pro persona Deitatis. In altera, Deus spirat, quidam auctores i. sct. aiunt subiectum accipi magis pro natura, quàm pro persona.

Hæc explicatio patet calumniæ. Non est necessaria tuendæ, i. sent. De eadē appol. accepto nomine, Deus, pro re aliqua cōmuni significata nomine spiratoris.

1. Certum: Spiratio non spirat.

2. Certum: Spirator spirat

Spiratoris acceptio in 2. sct. pro personis, in 1. pro indiuiduo cōmuni

Dub. de hac, Hæc res spirat, sumpta re pro re illa cōmuni.

Prop affirm.

arg. Assignatur ratio ob quam negatur illa, Deitas spirat.

propositionis, vt libr. 5. disputabimus. Sed illa res diuina communis Patri, & Filio significata nomine spiratoris, est distincta ab Spiritu Sancto, & est ipse spirator: ergo per se spirat.

11. Resol. neg.

Ad arg. opposit. assignatur diuersa ratio huius resolutionis ex n. 5.

Operatio non operatur, sed est operantis, & relatio relatiue non operatur, sed est relati.

In 2. certo spirator accipitur pro vtraque persona, ex S. Thom. & communiter. Spirare est operatio personarum.

Spiratio est res communis, spirator materialiter non ita, sed sunt res duae.

12. 2. Ratio.

Data illa semi persona Pater, & Filius non solum sunt vnus in natura, sed vnus in semi persona.

Item spirator esset alius a Sp. Sancto, & non alius a Patre, & Filio. Pater, & Filius essent alij, & non alij, & alij, & duo, & vnus.

Nihilominus dicendum est nullam rem communem Patri, & Filio, spirare; cuius propositionis negandae non eadem est causa, qua negamus Deitatem spirare, vt arguendo obijciebamus: nam haec res ab Spiritu Sancto distincta est: sed quia Patri, & Filio solum, nihil est commune nisi operatio, & relatio relatiuo conceptu, vt satis comprobatum est; operatio autem non operatur, sed est operantis; & relatio relatiue non operatur, sed est relati: idcirco negandum est ingenuè, rem illam communem spirare; sed esse ipsum spirare. Cum autem dicimus, spirator spirat, nomen spirator accipimus cum S. Thom. 1. p. q. 36. art. 4. ad 4. & 5. & omnibus Theologis, pro duabus personis Patre, & Filio: neque hactenus auditum est rem aliquam communem spirare; cum spirare sit operatio personarum. Concedimus etiam spirationem communem esse spiratorem, scilicet esse Patrem, & Filium; quia spiratio est res communis: spirator non est res communis materialiter, hoc est, res illa quae est spirator, non est communis; sed sunt res duae vna spiratione cocuntes in nomen vni spiratoris.

Post haec consulendum est quam probe consentiat opinio haec cum obseruata eloquendi norma. Nam vt eo libr. 5. docebimus nomen, vnum, masculino genere significat personam, & genere neutro naturam. Quod si permittenda sit semipersona illa spiratoris, Pater, & Filius non solum sunt vnum in natura, sed sunt vnus in illa semipersona, scilicet sunt ille vnus quod spirator dicitur. Nomen etiam alius qui distinguit personas masculino genere conueniet spiratori, qui est alius ab Spiritu Sancto; sed non alius a Patre, & Filio. Quare ij qui sunt duo, erunt quoque vnus; & ij ipsi Pater, & Filius qui sunt inter se alius & alius, ab spiratore alij non sunt: & spirator qui est alius ab Spiritu Sancto non est alius a Patre, & Filio: imò Pater, & Filius qui sunt alij inter se, sunt ille alius ab Spiritu Sancto; & sunt alij & alius, & duo, & vnus; quae omnia confusione plenissima sunt, & ab sensu hominum communi ab-

A horrentia; sicut & a norma loquendi discordant. Quae omnia absurda nos facillime grammatice, & dialectice praescriptis conformamus, sola assertionem veritatis, quod spirator non est nomen indiuidui communis.

Præterea Pater est in Filio, & in Patre Filius, propter distinctionem personarum in natura eadem, vt eo libr. elucidabimus: spirator autem si est indiuiduum ab Spiritu Sancto distinctum, erit quoque in Spiritu Sancto, & Spiritus Sanctus in illo. At verò quanam ratione spirator erit in Patre, & Pater in spiratore? Certè nihil occurrit dicendum, quod possit sano consilio responderi. Cogita iam apud te, indiuidua diuinae naturae colloquia inter se: Pater ait ad Filium; *Ego hodie genui te*, Filius ad Patrem, *Tua omnia mea sunt*, & similia inter Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum possumus miscere colloquia. Inducamus iam spiratorem colloquentem: ad Spiritum Sanctum dicit; *Ego te produxi*, omnia habes a me: ad Patrem non suum dicit, *Nihil habeo a te*, sed neque a me quicquam habes; sed Spiritus Sanctus habet a te, & a me; sed non a nobis; quia ego & tu non sumus duo, sed vnus sumus: a nobis tamen habet; quia habet etiam a Filio, qui & ipse sum. Et cum tecum loquor, mecum loquor, non cum alio. Quae omnia non tam sunt portentosa opinionis, quam deliramenta somniantis: ergo nullum est indiuiduum commune diuinae naturae, vel fingant illud etiam mutum, ne tam dissona rationi pronuntiata effutiat. Nos verò seriùs decet tractare res diuinas. Cum autem audimus Deum loquentem, tres simul personas attendimus loquentes: neque Deum cum personis confabulantem; cum nihil sit Deus, nisi ipsa Trinitas: personas autem inter se legimus in sancta scriptura conferentes sermonem. Quod si respondeant spiratorem non loqui cum Patre, & Filio, quia non distinguitur ab illis. Nulla est responsio, quia sicut rationis speculatio satis est, vt intelligantur subsistentes distincti: ita eadem sufficiet vt intelligantur colloquentes. Natura autem diuina non loquitur cum persona, quia est ipsa loquutio personae, quae per naturam loquitur. Cum ergo Pater non loquatur per spiratorem, quasi per naturam, aut loquutionem suam, neque spirator per

C
D
Patrem,

Haec confusio abest a 2. sent.

13. 3. Ratio. Pater est in Filio, & in Patre Filius.

Fund. In 1. sent. effect spirator in Patre, & Pater in spiratore, sed non apparet quo fund.

Declaratur. Colloquium inter Patrem, & Filium. Psal. 69. Ioan. 1.

Colloquia illius spiratoris cum Sp. Sancto. Item cum Patre non suo.

Haec colloquia spiratoris censentur deliramenta somniantis.

Personas inter se loqui, habetur ex sacra Scripta.

Respons. Refutatur.

Natura non loquitur cum persona, quia est ipsa loquutio personae.

Individuum illud si esset, sicut loqueretur cum Sp. Sancto, ita posset loqui cum reliquis indiuiduis.

Patrem; & vterque loquatur ad personam distinctam: nihil prohibet eos colloqui inter se: neque verò inficiandum est illud individuum quod loquitur cum Spiritu Sancto posse loqui cum reliquis omnibus indiuiduis, & similiter cum Patre, & Filio. Sed hæc satis sint ab usu nominum diuinorum deprompta.

Confirmatio.

14. S. Thom. 1. locus.

Hæc est satis testata S. Thomæ sententia 1. p. q. 36. art. 4. in corpore articuli verbis vltimis, vbi ait Patrem, & Filium esse vnum principium Spiritus Sancti propter vnitatem proprietatis significatæ hoc nomine; ergo nihil ibi est vnum quod significetur nomine isto, nisi sola proprietatis vna in duabus personis. Et solut. ad 1. obseruat posse quidem esse in duabus personis, quarum est vna natura, vnam etiam proprietatem: quod si in istis personis esset commune individuum spirator, non esset mirum quod esset in illis vna proprietatis illius indiuidui. Et ad 7. ait Patrem, & Filium esse vnum spiratorem propter vnam spirationem, eò quod spirator sit nomen substantiuum; quod si spirator significaret individuum subsistens, illud ipsum significatum cõcretum esset vnum in duobus, & non essent vnus spirator propter regulam substantiuorum, sed propter rem ipsam significatam, neque esset quæstio de propositione ista inter Theologos, qui anxie querunt vtrum propter proprietatem vnam communem duarum personarum possint dici vnus spirator. Docet etiam S. Thom. ad 4. nomen spiratoris supponi pro Patre, & Filio simul confusione quadam; quod si esset vnum subsistens individuum, pro illo maxime supponeretur nomen spiratoris.

2. locus.

3. locus.

4. locus.

15. Obiectio ex S. Thom.

Respons.

Idem.

Explicatur.

Quod verò obijciunt ex solut. ad 1. vbi S. Thom. docet virtutem spirandi esse ipsam naturam cum proprietate cõiunctam: nullius ponderis est; nam potentia notionalis non est coniunctum ex essentia, & proprietate, sed est ipsa essentia addita proprietate in obliquo, vt S. Doctor elucidat q. 41. ar. 4. & loco commemorato, scilicet solut. ad 1. q. illa 36. ar. 4. vbi ait potentiam notionalem esse essentiam cum proprietate cõiunctam, pollicetur se id postea expositurum, nempe q. 41. absque vilo igitur

dubio intelligit potentiam esse essentiam, addita in obliquo relatione: & non aliquid constitutum ex essentia, & relatione. Nam & illud constitutum est in recto relatio subsistens in essentia, vt postea disputabimus: potentia verò notionalis est essentia ipsa communis in recto, addita relatione in obliquo propriæ personæ, cuius est potentia.

PARS TERTIA.

Quid de opposita sententia sentiendum sit?

AT verò si de hac opinione aliquid nobis dicendum sit, illud planè asserimus, non modò verosimilem non esse, sed neque dignam, quæ in scholis audiatur. Eòque peius videntur errare illius assertores, quod affirmant de Deo non solùm noua, sed quæ nec in Deo, nec in rebus creatis liceat inuenire; cū ponant inter hypostasim, & naturam hypostasis individuum quoddam naturæ. Rectè quidem, vt S. August. ait initio librorum de Trinitate: eò remotiores à vero, quod id quod sapiunt nec in corpore inuenitur, nec in factis, & condito spiritu, nec in ipso creator. Sapienter enim notat ibidem S. August. Ecclesiam Dei accipere nomina à rebus conditis; quibus Deitatem, aut adumbret per ea, quæ in corpore cernimus, aut quoquo modo significet per ea, quæ de spiritibus sola mente per sentimus. De rebus autem (inquit) quæ omnino non sunt, non traxit aliqua vocabula quibus vel figuraret loquutiones, vel spiraret anigmata, hoc est, neque per enigma, neque per figuratam loquutionem Deo Ecclesia ascribit, quæ existentiam non habent, & quæ omnino non extant, neque in corporibus, neque in spiritibus. Patrem enim & Filium, & Spiritum Sanctum nuncupamus personas diuinas, & Deitatem vnam in illis dicimus naturam, essentiam, substantiam, quæ nomina rerum nobis nota sunt. Igitur in ipso arcano Trinitatis numero personarum trium in natura vna, admirandus est: quod verò personam in Deo, & naturam agnoscamus mirum non est: cõsuetæ enim nobis sunt isthæc, persona, & natura. Individuum autem naturæ rationalis, quod non sit natura neque persona, omnino non est, nec in Deo

Opposita sententia non audienda in scholis.

In creatis inter hypostasim & naturam non inuenitur indiuiduum naturæ S. August.

Ecclesia per nomina à creatis accepta Deitatem adumbret aut significat.

Idem. Non traxit vel vocabula aut bus quæ omnino non sunt.

Individuum rationalis naturæ, quod non sit natura, neque persona, nec in Deo est, nec in rebus creatis.

Deo

S. Anselm. tres morbos ignorantie in dicat.

Primus.
Secundus.

Tertius.

De hoc 3. morbo acerbissime

Idem.

Pessime errat qui nec ratione, nec sensu ductus de Deo affirmat quod suspicari non debet.

Ostenditur.

Opposita sent. reprobanda est aliqua censura

Ab omni abstinere Auctor.

1. Ratio.

2. Ratio notanda.

Idem.

C. In quibus S. Anselm.

Illatum notandum.

Contentio discordiam parit, non consensum.

Deo, nec in rebus conditis à Deo. Cum ergo S. August. tres morbos ignorantie indicasset; eorum scilicet qui Deo tribuunt, quæ sunt propria corporis: & eorum qui de Deo non dignius quam de creato spiritu philosophantur: & eorum qui de Deo sentiunt, ea quæ neque in corpore, neque in spiritu creato exstant, de hoc tertio morbo videre est, quàm acerbè loquatur, *Perniciosus* (inquit) *& inanius evanescent, qui tertio illo genere erroris à veritate secluduntur, hoc suspicando de Deo, quod neque in ipso, neque in ulla creatura inveniri potest.* Igitur ex sententia S. Augustini is qui Deum humana figura effingit, minus errat, quàm qui de Deo affirmat ea quæ nec sensu, nec ratione ductus debuit suspicari. Hic enim qui nec sensu ipso ducitur ad falsam de Deo existimationem, sed sola temeritate quadam præcipitatur, errorem habet, causam erroris non habet, sed se ipsum seducit, & in errorem libens impellit. Notanda ergo est & expungenda sententia, quæ inducit novum individuû naturæ, quod non sit hypostasis, siue persona. Quia verò argumenta quibus illam confutavimus, luculentissima sunt, & non pauca à documentis fidei Catholicæ petita; existimamus esse eam opinionem reprobendam aliquâ falsitatis notâ, quam Theologi censuram vocant: sed id facere in animo non est; tum quia non tanti nos facimus, ut asserta à viris doctis, & Catholicis mente nostra æstimes: tum maximè, quia arbitramur id quoque Ecclesiæ Dei quandoque expedire. *Ferendus enim est* (inquit S. Augustinus) *disputator errans in alijs questionibus non diligenter digestis, nondum plana Ecclesiæ auctoritate firmatis.* Quod idem sapius repetit, videlicet ferm. 14 de verbis Apostoli, & 1. de Genes. ad literâ, c. 19. & in Enchirid. & refertur cap. *In quibus*, 22. q. 2. & idè docet S. Ansel. lib. vt Deus homo, c. 15. Quod si disputator in rebus adhuc non definitis ferendus est, non est verbis, aut opprobrijs incessendus, sed potius invitandus ad veritatem. Aliàs fortè eueniet, ut ea dogmata falsa, quæ euellere consultum est, altioribus radicibus alantur; dum eorum assertores reprehensi, ad ea ipsa tuenda studiosius se conuertunt; contentio enim discordiam parit non consensum.

A sum. Atque idcirco S. Gregor. lib. 9. Moral. cap. 39. *Sunt multi* (inquit) *fidelium qui impio zelo succenduntur, & sæpè dñi quosdam quasi hæreticos insequuntur, hæreticos faciunt.* Quotò ergo dedecet viros Catholicos, & doctos, etsi de rebus Theologis dissideant, ita se se infestari, ut alios cogant falsam sententiam perniciosius tenere, dum acrius se magis, quam sententiâ tuerentur. Et sunt potius ratione, & auctoritate maiorû, aut multorum alliciendi, ij qui in periculo errandi videtur versari, ut se sinant, quod ait S. August. à veritate vinci. Quamobrem in refutandis eorum opinionibus, qui nostra ætate suos libros ediderunt, in animum induximus ab omni censura nos abstinere; de illa tamen opinione licet consulere quid senserit Gregor. dist. 12. q. vnicâ, Petrus Aliac. q. 8. ar. 2. Palat. dist. 11. q. 3. nec non Bellarm. lib. 2. de Christo, cap. 15.

S. Gregor.

Auctor statuit abstinere à censura in refutandis recentioribus.

De opposita sent. quid censuerit Gregor. Aliac. Palat. Bellarm.

CAPVT LVII.

Argumenta refelluntur.

QVOD spirator sit individuum naturæ his argumētis persuadent. Primò: Spiratio est individua, siquidem est vna; ergo & spirator est individuum siue individuum: est enim argumentum à conjugatis.

1. Arg.

Secundò: Quicquid est in Deo est subsistens; imperfectum enim est quod non subsistit: sed est spirator vnus: ergo vnus subsistens. Et confirmatur, quia vna proprietas non potest esse duorum: sed spiratio est vna quædam proprietas: ergo aliquid subsistens est, cuius sit ista proprietas.

2. Arg.

Confirm.

Tertio: Quælibet relatio divina includit essentiam intrinsecè; ergo spiratio actiua non est sola relatio, sed est relatio, & essentia simul; ergo est quoddam constitutum subsistens ex essentia, & relatione. Et confirmatur, quia non magis coniunguntur aliæ relationes cù essentia, quàm spiratio actiua; ergo sicut aliæ coniunctione illa constituunt subsistens, ita & spiratio actiua eadem coniunctione constituit subsistens.

3. Arg.

Confirm.

Quarto: Spirator continet essentiam & relationem simul, & non continet ea quasi per accidens: ergo continet ea vt vnus constitutum per se ex iisdem. Et

4. Arg.

Mm confirma.

Confirm.

confirmatur, quia aliàs spiratio esset quasi seorsum existens, si non constitueret vnum per se.

5. Arg.

Quintò: Spirator per se spirat: ergo habet per se spirandi potentiam: sed hæc potentia est ipsa essentia: ergo spirator est ex essentia, & proprietate constitutus. Et confirmatur, quia S. Thom. 1. p. q. 36. art. 4. ad 1. ait potentiam spirandi significare naturam addita proprietate: sed potentia intelligitur ante actum spirandi: ergo ante illum actum intelligitur proprietas quædam constituens individuum.

Confirm. ex S. Thom.

6.

6. Arg.

Sextò: Si in diuinis non esset Pater, & Filius, sed solus spirator, & Spiritus Sanctus, spirator subsisteret ex essentia, & proprietate: sed modò non est minus perfectus spirator quam tunc esset: ergo & modò subsistit.

7.

7. Arg.

Septimò: Spirator est correlatiuum Spiritus Sancti: relatorum autem eadè est habenda ratio: ergo sicut Spiritus Sanctus subsistit, ita & spirator subsistit.

8.

Vlt. Arg.

Vltimò: Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus sunt vnus Deus, quia sunt vna Deitas subsistens: sed Pater, & Filius sùt vnus spirator: ergo spirator per se subsistit, sicut Deitas.

9.

1. aduert. ex lib. 3. c. 28.

2. Ser. de qua ibi, n. 4. distinguit adhuc relationem vt relatio est, ab essentia.

Aliàs relatio quocunq; conceptu esset persona.

3. Sent. tradita ibi n. 5. rata habetur.

10.

2. Aduert. ex cap. 43. p. 1.

Relatio vt existens cum essentia in quantum est existentia coniungitur vt cum suo actu, vt est proprietates personæ nõ

Aduertenda.

AD confutanda argumenta, recordandum est ex lib. 3. relationem diuinam non claudere suo conceptu essentiam. Nam qui existimant essentiam claudi conceptu relationis, adhuc distinguunt relationem, vt relatio est, ab essentia. Quòd si relatio diuina etiam vt relatio clauderet suo conceptu essentiam, quocunq; conceptu relatio diuina esset persona, vtpotè res habens essentia, siue naturam diuinam. Nos verò contra asseueramus nullam relationem claudere suo conceptu essentiam; quare nulla relatio proprio conceptu est persona, sed est personæ proprietates.

Alterum adhuc est ex hoc eodem lib. commemorandum, quòd relatio diuina existit per existentiam absolutam, quæ est diuina essentia. Et ita contemplantes relationem vt existentem, & essentiam diuinam vt est existentia, per se coniungimus relationem cum essentia tanquam cum suo actu, & perfectione formali. Sed relatio diuina considerata vt est proprietates personæ, non coniungi-

Atur cum essentia tanquam cum suo actu, sed vt actus vltimus indiuiduans cum forma specifica, quasi duæ partes constituentes, ex quibus videlicet persona constituitur.

Tertio præmeditandum est ex ijs, quæ hoc lib. docuimus, nomine proprietatis hypostaticæ significari actum vltimum, & rem illam vltimam, qua hypostasis constituitur: quæ res considerata cum illa relatione vltimi, aut cum relatione incommunicabilis, nominatur isto nomine proprietates hypostaticæ. Et illa res sic nominata, in persona diuina distinguitur ratione formali ab origine, & relatione relatiuè cognita: & relatio conceptu confuso continet proprietatem illam hypostaticam, & originem, vt postea elucidabimus. Relatio autem spiratoris, quæ non constituit personam, nec indiuiduum naturæ, suo conceptu confuso continet quidem originem, & non continet proprietatem aliquam constituentem. Quare cum relatio spiratoris vocatur proprietates communis, nomine isto proprietatis, non significatur res aliqua diuina distincta ratione formali ab origine, aut relatione, quemadmodum nomine proprietatis hypostaticæ indicatur res illa, quæ est actus vltimus constituens personam: sed ipsa origo, & relatio spiratoris, quia est propria duabus personis, significatur nomine proprietatis: & non significatur hoc nomine spiratoris res aliqua antecedens originem, aut relationem: sicut significatur nomine proprietatis hypostaticæ. Nam & in Patre generatio actiua, & relatio relatiuo conceptu est proprietates, quia est solius Patris: sed proprietates hypostaticæ non est origo, neque relatio relatiuè cognita; sed res aliqua antecedens originem nostro intelligendi modo, vt postea declarabimus. Quare nulla est consequentia, etsi spiratio actiua sit proprietates, hoc est, duorum propria, quòd constituat aliquid indiuiduum: quia non est proprietates illa antecedens originem, quæ constituit indiuiduum naturæ: sed est ipsa origo, vel relatio relatiuè cognita, quæ nomine proprietatis appellatur, quia est duorum propria.

C Adhuc aduertendum est ex persona, & accidente adueniente constitui vnum per accidens, quod non est persona, neque

D sic, sed cum essentia vt actus vltimus indiuiduans cum forma specifica.

sic, sed cum essentia vt actus vltimus indiuiduans cum forma specifica.

3. Aduert. ex cap. 18. p. 1.

Proprietates hypost. quid?

Sic dicitur considerata cū relatione vltimi, aut incommunicabilis. In Deo distinguitur ratio formali ab origine, & relatione vt sic.

Relatio spiratoris suo conceptu confuso originem continet, non proprietates constituentem.

Cum dicitur proprietates communis, significatur ipsa origo & relatio, quæ est propria duabus personis.

Nomine spiratoris nõ significatur res antecedens originem, & relationem, sicut nomine proprietates hypost.

Exemplum est in Patre.

Ex his enervatur arg. pro opposita sent.

4. Aduert. Ex persona, & accidente adueniente constituitur conuictum vnum per accidens.

Vlt. Si tunc ne ad eandem ram, esset filius. Ra. Esset se risit. Non ex eo rator, quum s. Exe. homi. hypot. Diue. exemp. Nom. ratoris. nificat. quasi fo. tius, ran. ius cou. sonis sp. Oltè. c. 56. p.

Ex Patre, & spiratione intelligitur vnū constitutum, non per accidens, sed per se.

At ipsa spiratio est extracoceptum Patris.

Illud constitutum non habet nomē quo significetur.

Imitatur coniectū per accidens.

Declarantur hęc

Relatio spiratoris constituit vnū per se singularitatem.

Non tamen est vnū aliquod indiuiduum commune Patri, & Filio hac relatione constitutum.

13.

Vlt. aduert. Si tres personę assumerent eandem naturam, homo nō esset vnū subsistens, sed tres.

Ratio. Esset tamē per se risibilis.

Non sequitur ex eo quod spirator per se spirat, quod sit vnū subsistens.

Exemplum hominis in ea hypothēsi.

Diuersitas in exemplo.

Nomine spiratoris non significatur vna quasi forma totius, ratione cuius conueniat personis spirare.

Ostēditur ex c. 56, p. 1, n. 7.

que accidens, sed coniunctum ex utroque. Quare & in diuinis si cogitemus Patrem addita spiratione; ex persona Patris, & relatione spiratoris addita personę, intelligimus vnū constitutum: quod tamen non est per accidens, quia spiratio non est accidens, & per se necessariō conuenit illi personę: est tamen extra conceptum illius personę ipsa spiratio: & illud coniunctum ex persona, & spiratione, non habet nomen quo significetur, quia nulli rei creatę est simile: sed illud imitatur coniunctum per accidens ex persona, & accidente adueniente, vt manifestē liquet. Concedimus ergo relationē spiratoris constituere vnū per se singularitatem, scilicet Patrem spiratorem, & Filium spiratorem; & vtrumque coniunctum est per se vnū, modo iam explicato: sed non est vnū aliquod indiuiduum commune his personis, hac relatione constitutum. Nam & qui illud indiuiduum comminiscuntur, necesse est cogitent Patrem spiratorem vt coniunctum per se vnū ex persona, & relatione spiratoris, & vt ad eum modum, quo & nos, de illo coniuncto philosophetur: nos verō hoc coniunctū ex persona, & spiratione coacti meditari, indiuiduum cōmune intelligere nulla ratione impellimur.

Postremō ponderandum est, quod si tres personę diuinę assumerent eandem naturam, homo non esset vnū subsistens; quia humanitas assumpta, quę est vna, non esset homo, neque subsisteret per se; sed essent tres subsistentes: & tamen homo esset per se risibilis: quare nulla consequētia est, ex eo quod spirator per se spirat, quod sit vnū subsistens: sicut in illa hypothēsi homo esset per se risibilis, & non esset vnū subsistens. Cogitandum tamen est quod homo tunc esset per se risibilis ratione vnus humanitatis, quę esset in personis tribus: nomine verō spiratoris non solum non significatur vnū subsistens adueniens personis; sed neque significatur vna quasi forma totius vt humanitas, ratione cuius conueniat illis spirare: quia constitutum ex essentia, & relatione spiratoris non potest esse quasi forma personarum, vt humanitas: quod antea probatum est. Et quoad hoc non est exemplum assimile hominis, & spiratoris. Dicendum igitur est aliam

A ob causam dici spiratorem per se spirare, vt nomine spiratoris intelligatur potentia spirandi, quę per se coniungitur cum actu spirandi, vt libro 2. exposuimus.

Responsio.

A D argumenta respondetur. Ad primam concedimus spirationē actiuam esse indiuiduam, sed non consequitur vt sit indiuiduum habens naturam: argumentum autem a coniugatis est vt ex indiuidua spiratione colligamus indiuiduum spiratorem. Et ita Pater, & Filius sunt vnus, & indiuiduus spirator, ratione spirationis indiuisę in duobus: sed illa spiratio non est indiuiduum subsistens habens naturam: sed est in duobus indiuiduis subsistentibus Patre, & Filio.

Ad secundum respondetur negando quod res quęcunque diuina per se ipsam subsistat formaliter; sed identicē est res subsistens: etenim res non subsistens formaliter, a re subsistēti, sola mentis speculatione discernitur; neque est vlla imperfectio quod res diuina nō subsistat formalitē: non tamen pendet a re vlla, neque causam habet, vt docuimus 1. parte capitis præcedentis. Relatio verō spiratoris in sensu identico subsistit; quia est persona diuina: sed non est vnū subsistens commune, sed duo subsistentia Pater, & Filius. Ad confirmationem respondetur concedēdo in rebus creatis nullam esse proprietatem duorum vnā, quę non sit proprietatem naturę cōmunis vnus; quia nulla proprietatem est communis, quę non sit accidens adueniens naturę. At verō spiratio, quę aduenit diuinis personis, non est accidens, neque aduenit ratione naturę, cui non conuenit: quare non est necesse præmeditari commune indiuiduum vnū, ratione cuius vnus, vna proprietatem conueniat duobus. Sed idcirco vna relatio conuenit duabus personis, quia in eis est vna etiam natura, vt docet S. Thom. q. 36. art. 4. ad 1. Quia in natura Deitatis omnia sunt vnū, quę non opponuntur relatiuē. Et idcirco non est mirum quod duarum personarum sit vna proprietatem per se primō, quę non sit alicuius indiuidui communis.

Spirator dicitur per se spirare, vt nomine spiratoris, potentia spirandi intelligatur, ex libr. 2. c. 38. n. 2. & 21.

14.

Ad 1. arg. Spiratio actiua est indiuidua, at non indiuiduū subsistens.

Argumento a coniugatis solum colligitur vnus & indiuiduus spirator.

15.

Ad 2. arg. ex cap. 56. p. 1. n. 3. & 5.

Non quęcūq; res diuina per se ipsam subsistit formalitē sed est subsistens identicē. Item subsistens, id est, independens.

Ad confirm. In creatis nulla est proprietatem vna duorum p se 1, quę nō sit naturę cōmunis vnus. In diuinis maxime, vt spiratio.

Ratio. Spiratio nō est accidens adueniens ratione naturę.

Relatio vna ideo duabus personis conuenit, quia in eis vna est etiā natura S. Thom.

Pronunciatū, de quo cap. 43. p. 2. n. 1.

16.
Ad 3. arg. ex n. 9.
Ad confirm.
Par est ratio coniunctionis cuiusque relationis diuinæ cū essentia quo ad identitatem realem, nō quo ad ordinē rationis, vt n. 11.

17.
Ad 4. arg. ex n. 13.
Essentia non continetur formaliter nomine spiratoris, at hæc coniunguntur identicè, & per se.
Ostenditur.

Ad confirm.
Relatio spiratoris secundū identitatem coniungitur cum essentia, & secundam informationem cū personis,

Vide n. 12.

18.
Ad 5. arg.
Hæc propositio, Spirator spirat, est per se 1. modo quasi essentialiter.
Exemplum.

Item est per se 4. modo, quasi causaliter, vt n. 13.
In hæc, spirator habet potentiam per se spirandi, prædicatur definitio nominis de definito,

Ad tertium negatur quod relatio claudat suo conceptu essentiam, vt in notationibus admonuimus. Ad confirmationem respondemus contentes parem esse coniunctionem cuiusque relationis diuinæ cum essentia secundum identitatem realem: sed ordine rationis relatio personarum constituens coniungitur cum essentia, vt pars constituens conceptu absoluto, & ante originem: quo pacto relatio spiratoris non coniungitur cum essentia, vt in notationibus docuimus.

Ad quartum negamus essentiam contineri nomine spiratoris formaliter, quia hoc nomen non significat essentiam, sed relationem; concedimus tamen secundum identitatem coniungi hæc non per accidens, sed per se: nihil enim in diuinis est per accidens. Quia enim essentia per se est personæ eiusdem, cuius est per se operatio, & relatio spiratoris, hæc quoque secundum identitatem, per se coniunguntur cum essentia. Ad confirmationem respondetur quod illi potius quasi seorsum ponunt spiratorem, vt cap. antecedente docuimus. Nos verò relationem spiratoris secundum esse, & secundum identitatem coniungimus cum essentia: sed secundum informationem, copulamur illam personis, quarum est quasi forma, Patri scilicet & Filio: & nō agnoscimus novum individuum, cuius hæc relatio sit forma. Quomodo verò hæc relatio constituat aliquid per se vñ suo modo, inter aduertenda elucidauimus.

Ad quintum respondetur, quod ista propositio, Spirator per se spirat, potest intelligi duobus modis per se; primo, & quarto modo. Primo modo quasi essentialiter, vt si dicamus, Calefaciens calefacit: quæ est quasi identica prædicatione; ac si diceres, Calefaciens est calefaciens; nam qui calefacit est calefaciens: & solo explicandi modo distinguuntur hæc enunciata: & sunt per se necessaria. Alio modo per se, indicatur causa; & hæc est vera, Spirator per se spirat, quatenus potentia spirandi coniungitur cum suo actu, vt libro secundo docuimus: tunc autem significatur nomine spiratoris potentia spirandi. Quare cum arguendo dicitur spirator per se habere potentiam spirandi, prædicatur definitio nominis de definito,

A quia nomine spiratoris significatur habens potentiam spirandi: sicut si dicamus risibile per se habet potentiam ridendi; quæ est definitio nominis, siue explicatio risibilis: sed ex his non colligitur esse aliquod vnum individuum commune, cui per se conueniat ista potentia, quæ potest per se primò conuenire duobus, vt comprobauimus. Et hoc ipsum complexum, Habens potentiam spirandi, non significat individuum, quod habet potentiam, sed ipsam potentiam communem duobus indiuiduis; & sola est cavillatio in argumento. Ad confirmationem respondetur, Sanctum Thomam eo loco posuisse numerum singularem indefinitè, scilicet addita proprietate, siue proprietatibus: Potentia enim spirandi est natura diuina additis duabus proprietatibus Patris, & Filij, vt libro secundo docuimus. Vel potest explicari Sanctum Thomam definiisse potentiam per actum suum, qui est vna operatio spirandi: nam & hoc modo definiiri potentiam notionalem eodem lib. admonuimus.

B Ad sextum concedimus, si non esset Pater, & Filius, spirationem actiuam potuisse constituere subsistens, quia non adueniret subsistentibus, & esset incommunicabilis, & oporteret constitui subsistens distinctum ab Spiritu Sancto, quod esset persona: sed re vera vt est, cum adueniat subsistentibus, non potest constituere seorsum subsistens: neque idcirco minus perfecta est, quia in relationis nihil additur perfectionis, vt lib. 3. docuimus. Sed omnis perfectio attenditur secundum esse diuinum.

C Ad septimum respondetur concedendo spiratorem esse correlatiuum Spiritui Sancto, sed ipso nomine correlatiui significatur in ipso spiratore vna relatio duarum personarum. Et illud correlatiuum substantiuè est vnum, adiectiuè sunt duo, vt lib. 5. declarabimus per regulam nominum substantiuorum: non tamen est vnum individuum, sed duo, Pater, & Filius. Cum verò obijcitur relatorum eandem esse naturam, intelligitur genus idem, nam genus dicitur natura rerum: relationes autem diuinæ, quæ nō sūt in genere, quatenus relationes sunt, habent idem esse diuinum; & in hoc assimilantur: sed omninò necesse non est, vt omnia

Ostenditur.
Exemplum.

Pot. spirandi potest per se 1. conuenire duobus, vt n. 15. & c. 56.
Complexum hoc, Habens potentiam spirandi, significat non indiuiduū, sed potentiam communem duobus indiuiduis.
Ad confirm.
Ad locum S. Thom. 1. explicatio ex lib. 1. c. 38. n. 15. & 14.

2. Explicatio ex cap. 38. n. 17.

19.
Ad 6. arg.
Si nō esset Pater, & Filius, spiratio actiuā constitueret subsistens, & personam distinctā ab Sp. Sancto. Modò nō minus perfecta est non constituedo subsistens.
Ratio ex lib. 3. cap. 31. n. 14.

20.
Ad 7. arg.
Spirator est correlatiuum Spiritui Sancto
Significat relationem vnā duarum personarum, & est vnum substantiuè, adiectiuè duo, item duo indiuidua.

Obiect.
Occurrit. Relatorum eadem est natura, hoc est, genus.

Quoad alia
discrimen.

Exemplum
originis.

21.

Ad ult. arg.
Cur tres perso-
nz dicantur
vnus Deus?

1. Ratio.

2. Ratio,
quia Deitas est
res vna substi-
stans.

Hæc 2. ratio
non est neces-
saria, nec inue-
nitur in vno
spiratore.

Exemplum
in hypothesi,
de qua n. 13.

nes relationes diuinæ sint proprietates
constituentes, neque vt relatio spirato-
ris sit vnus indiuidui, quia relatio Spi-
ritus Sancti est vnus: sicut & processio
Spiritus Sancti est vnus, origo autem
eius actiua est duorum.

Ad vltimum respondetur Patrem, &
Filium, & Spiritum Sanctum dici vnum
Deum, ob rationes duas. Primum, quia
Deus est nomen substantiuum, & hæc
ratio sufficit, vt libro 5. dicemus: quare
Pater, & Filius ob hanc vnam rationem
dicitur spirator vnus. Secunda ratio
est, quia Deitas est vna res subsistens;
quare Pater, & Filius, & Spiritus Sāctus
sunt vnum illud, quod subsistit: sed hæc
ratio secunda non est necessaria in om-
nibus, neq; inuenitur in spiratore: nam
& tres personæ essent vnus homo as-
sumpta humanitate, cum tamen huma-
nitas non subsistat.

CAPVT LVIII.

*Varia sententia referuntur de constitu-
tione formali diuina personæ.*

1.

Circa constitutionem formalem di-
uinæ personæ sunt penè innumere
sententiæ: dum pōdere quæstionis pres-
sa ingenia præclara huc illuc inquirunt
diuersas vias superandæ difficultatis.
Edocti enim sumus proprietates diui-
narum personarum esse quasdam rela-
tiones, aut etiam origines: persona autē
prius intelligitur, quàm origo quæ est
operatio personæ; & ipsa origo prius in-
telligitur quàm relatio, quæ fundatur in
origine; generatio enim antecedit pa-
ternitatē: ergo in persona Deitatis pri-
ma quæ est Pater, meditanda est aliqua
alia proprietate ante generationem, &
paternitatem, vt prius intelligatur per-
sona sua proprietate constituta, cuius
est generate, & deindē referri relatione
Patris.

Prima sententia est opinantium per-
sonam Patris constitui per originem; &
idem dicendum est de alijs personis: &
ita persona Patris per generandi actum
constituta antecedit relationem. Sed
hec opinio minùs probatur Doctoribus,
de qua postea disputabimus. Quæstioni
autem propositæ non satisfacit; nam &
ante operationem necesse est prius in-
telligere personam constitutam: opera-

Atio enim generandi non est naturæ, quæ
non generat, sed est personæ iam consti-
tutæ operatio; ergo ante operationem
necesse est in persona constituta medi-
tari proprietatem constituentem. Præ-
terea generare est habentis potentiam
ad generandum; potentia autē est prius
cognitione, quàm operatio; dum enim
ostendo Patrem generare, quia potentiā
habet, demonstro à priori; sed id quod
potest generare, iam est persona consti-
tuta; quoniā natura nō potest generare,
sicut nec generat; ergo ante originē cō-
stituenda est persona. Denique iisdē ar-
gumentis, quibus capite sequenti ostē-
demus relationem, vt relatio est, non
constituere personam; cōvincitur quod
origo vt origo, non constituat personā.
Hoc ergo maximè inuestigent Docto-
res qua nam ratione relatio, siue ipsa
origo constituat personam, siquidem
videtur non posse constitui personam
per relationem vt relatio est, siue per
originem, vt origo est: quia proprietate
constituens personam clauditur in con-
ceptu personæ; imò antecedit ipsam, vt
probandum erit capite sequenti: origo
autem & relatio consequitur personam:

B ergo neque origo neq; relatio cōstituūt
personā. Neque est recurrendū in re ista
ad diuersum genus causæ, quia in rebus
diuinis non est actus, & potētia passiua,
vt in alio, & alio genere causæ formalis,
& materialis, id quod est posterius sit
etiam prius; neque etiam in persona ea-
dem est genus causæ efficiētis, aut quasi
efficientis; nam in eadem persona non
procedit vnum ab alio: omnia ergo in-
telliguntur, vt actus, & formæ eiusdē per-
sonæ; & non possumus confugere ad di-
uersitatem generis causandi. Cum ergo
relatio sit vltimus actus, non potest esse
primus actus constituens. Loquimur au-
tem de constitutione rationis in qua est
prius aliquid, & aliud posterius: nam in
re ipsa nulla est cōstitutio, & nulla prio-
ritas. Durandus, & Scotus erumpunt ex
his angustijs noua quadam via negantes
prioritatem rationis in cōstitutione di-
uinæ personæ, vt prius cogitemus per-
sonam constitutam, deindē operantem,
tertiò relatam: & ideò aiunt personam
constitui relatione, vt relatio est: neque
tamen relationem constituentem ante-
cedere personam constitutam, cum qui-
bus disputabimus cap. sequenti.

C Ergo neque origo neq; relatio cōstituūt
personā. Neque est recurrendū in re ista
ad diuersum genus causæ, quia in rebus
diuinis non est actus, & potētia passiua,
vt in alio, & alio genere causæ formalis,
& materialis, id quod est posterius sit
etiam prius; neque etiam in persona ea-
dem est genus causæ efficiētis, aut quasi
efficientis; nam in eadem persona non
procedit vnum ab alio: omnia ergo in-
telliguntur, vt actus, & formæ eiusdē per-
sonæ; & non possumus confugere ad di-
uersitatem generis causandi. Cum ergo
relatio sit vltimus actus, non potest esse
primus actus constituens. Loquimur au-
tem de constitutione rationis in qua est
prius aliquid, & aliud posterius: nam in
re ipsa nulla est cōstitutio, & nulla prio-
ritas. Durandus, & Scotus erumpunt ex
his angustijs noua quadam via negantes
prioritatem rationis in cōstitutione di-
uinæ personæ, vt prius cogitemus per-
sonam constitutam, deindē operantem,
tertiò relatam: & ideò aiunt personam
constitui relatione, vt relatio est: neque
tamen relationem constituentem ante-
cedere personam constitutam, cum qui-
bus disputabimus cap. sequenti.

D Ergo neque origo neq; relatio cōstituūt
personā. Neque est recurrendū in re ista
ad diuersum genus causæ, quia in rebus
diuinis non est actus, & potētia passiua,
vt in alio, & alio genere causæ formalis,
& materialis, id quod est posterius sit
etiam prius; neque etiam in persona ea-
dem est genus causæ efficiētis, aut quasi
efficientis; nam in eadem persona non
procedit vnum ab alio: omnia ergo in-
telliguntur, vt actus, & formæ eiusdē per-
sonæ; & non possumus confugere ad di-
uersitatem generis causandi. Cum ergo
relatio sit vltimus actus, non potest esse
primus actus constituens. Loquimur au-
tem de constitutione rationis in qua est
prius aliquid, & aliud posterius: nam in
re ipsa nulla est cōstitutio, & nulla prio-
ritas. Durandus, & Scotus erumpunt ex
his angustijs noua quadam via negantes
prioritatem rationis in cōstitutione di-
uinæ personæ, vt prius cogitemus per-
sonam constitutam, deindē operantem,
tertiò relatam: & ideò aiunt personam
constitui relatione, vt relatio est: neque
tamen relationem constituentem ante-
cedere personam constitutam, cum qui-
bus disputabimus cap. sequenti.

Improbatur 2.

Prius cogni-
tione est potē-
tia, quàm ope-
ratio.

Quod potest
generare iam
est persona cō-
stituta.

Improbatur 3.
ex dicendis c 59

Origo vt sic,
non cōstituit
personā, sicut
nec relatio vt
sic.

Euasio 1. præ-
cluditur.

In diuinis nō
est recurrendū
ad diuersum ge-
nus causæ.

Ratio.
In diuinis nō
est actus, & po-
tent. passiua, vt
c. 48, p. 2, n. 11.

In eadē per-
sona omnia intel-
liguntur vt a-
ctus & formæ.

Relatio est vlti-
mus actus, lo-
quendo de cō-
stitutione ra-
tionis.

Euasio 2.
Durand.

Scot.

Negat priorita-
tē rationis in
constitutione
diuinæ personæ.

De hac c. 59.

3.
2. Sent. oppo-
sita: quod essen-
tia vt radix re-
lationum con-
stituat, relatio
distinguat.

Hæc sent. vt
pugnans cu do-
ctr. fidei, & dif-
ficultrati nõ sa-
tisfaciens.

Improbatur 1.
ex cap. 54.

Essentia vt ra-
dix relationũ,
adhuc est res
absoluta.

Vnde consti-
tuendæ essent
tres psonæ ab-
solutæ, contra
fidem, vt c. 51.

Confirm. ex
S. Thom.

Improbatur 2.

Essentia si cõ-
stituit perso-
nam vnã
cõstituit tres,
atque adeo di-
stinguit.

Improbatur 3.

Non possunt
intelligi perso-
na generas, &
genita, quin iã
intelligantur
personæ distin-
ctæ, & duæ.

3. Sent.
Gandau.
affinis: quod
relatio aptitu-
dine, seu apti-
tudo ad gene-
randum con-
stituit Patrẽ.

Explicatio
quorundam.
Vasq. d. 158.
c. 5. d. 159
6. 7.

Est aliorum valdè opposita sententia
quod essentia constituat personas, esse-
tia, inquam, vt est radix relationum; at
verò personas constitutas relatio distin-
guat. Hæc sententia pugnat cum doctri-
na fidei, & quæstioni nõ satisfacit. Nam
præterquam quod probatum est idem
constituere quod distinguit; & essentiam
etiam addita proprietate relatiua non
constituere simpliciter, sed secundum
aliquid, quia constituit secundum ali-
quid commune, vt explicatum est: esse-
tia vt est radix relationum adhuc est res
absoluta, quæ non potest constituere,
nisi quid absolutum; quare remotis re-
lationibus adhuc erunt constituendæ tres
personæ absolutæ, quod est contra fidẽ,
vt diximus. Neque id potest intelligi
quod essentia vna constituat personas
tres, vt obseruat S. Thom. q. 8. de potẽ-
tia, ar. 3. nisi addatur proprietates tres;
essent enim tres in eo quo sunt vnum,
quod est impossibile. Præterea dum aiunt
essentiam constituere personam, iam
concedunt personam sic constitutã esse
distinctam; nam persona est quid incõ-
municabile à cæteris distinctum, & sicut
essentia constituit personam vnã, ita
constituit personas tres, eodem enim
modo se habet ad singulas: tres autem
personas quis non videt esse iam distin-
ctas, cum sint tres? Denique si relatio
solummodò distinguit, & illa est vltimus
actus consequens originem: ante ipsam
relationẽ intelligeremus vnã personã
generantem, & aliam genitam; & adhuc
non intelligeremus distinctas; siquidẽm
per relationem consequentẽ aiunt per-
sonas distingui: impossibile autem est
intelligere personam generantem, & ge-
nitam, & non intelligere eas personas
distinctas, & duas.

Non multum disidet ab hac senten-
tia Henric. Gand. in summa ar. 56. q. 3.
ad 4. vbi ait relationem constituere per-
sonam sub quadam ratione innomina-
ta, cui nomen hætenus non sit inditum:
& hoc quidẽm verè dicit, & facilẽ dictu
est. Sed cum vult aperire suam mentem
docet relationem non actu, sed aptitu-
dine constituere Patrem: & hoc idem
declarans ait aptitudinem ad generan-
dum constituere Patrem.

Quidam verò istam Henrici doctri-
nam consequuti, multa comminiscuntur
de constitutione personæ diuinæ. Primũ

A aiunt totam quæstionem versari de cõ-
stitutione primæ personæ antecedentis
originem, quæ non potest constitui rela-
tione fundata in origine; secundã enim
& tertiam personam procedentes absq;
dubio constitui relatione relatiuè con-
cepta, vtpotè fundata in processione
antecedenti: deindè affirmant cum ple-
risque Theologis ante generationem
actiuam intelligi necessariò personam,
quæ generet; sed aiunt tamen eam per-
sonam in illa prioritate non intelligi cõ-
stitutam, sed duntaxat, vt rem potẽtem
generare. Personam igitur sic imperfe-
ctè cognitã censent constitui pproprie-
tate ingeni, & primæ fecunditatis, quæ
nomina, aiunt, significare potentem ge-
nerare: quæ res significata est ipsa pa-
ternitas, sed diuerso conceptu cognita,
scilicet potentis generare: isto autem
conceptu declaratur relatio rationis, tũ
quia relatio quæ aduenit relationi est
rationis; tum etiam quia posse genera-
re, à generatione non distinguitur in na-
tura Deitatis. Hanc denique relationem
potentis generare, & primæ fecundita-
tis, asserunt fundari in ipsa persona Pa-
tris fecunda: & fecunditatem esse ipsam
paternitatem consideratam vt potentẽ
generare antequam actu generet. Hæc
est elucidationis summa.

Hæc opinio Henrici falsa nobis esse
videtur: & illius explicatio varia & lu-
brica, & in qua multa deprehendantur
longè à vero distantia. Imprimis non
placet quod diuersimodè constituent vnã
personã, & duas alias, cum sit æqua
omnium ratio. Nos enim non constitui-
mus personas modo accommodato cõ-
futus andis argumentis, sed potiùs modo
ipsis rebus diuinis consentaneo; quo æ-
quum est eas esse constitutione pares:

D maximè verò cum illi asserunt perso-
nam Patris ante generationem non in-
telligi constitutam; consequens erat vt
dicerent, post generationem constitui
relatione fundata in generatione, vt aliæ
duæ personæ cõstituuntur relationibus in
processione fundatis. Sed quia argumẽ-
tis nonnunquam eò agimur quò pelli-
mur, neque personam constitutam ante
generationem valuerunt propalare; ne-
que verò postquam Pater genuit, tum
illum constitui personam poterant re-
ctè indicare: quare de cõstitutione per-
sonæ istius omninò siluere. Speculemur
igitur

1. Dictũ illius:
totã quæst. esse
de cõstitutio-
ne 1. personæ.

2. Dictum:
2. & 3. personã
constitui re-
latione vt sic.

3. Dictum:
Ante genera-
tionem actiuã
intelligi 1. per-
sonã nõ cõsti-
tutã, sed vt po-
tẽtẽ generare,
& imperfectè.

4. Dictum:
Sic eã consti-
tuiti ingeni, &
& 1. fecunditate

5. Dictum:

6. Dictum:

1. Ratio.
2. Ratio.

7. Dictum:

8. Dictum:

6.
Hæc sent. falsa.
Explic. lubri-
ca, & in multis
falsa.

1. & 2. dicti im-
probatio quo-
ad disparitatẽ
in constitutio-
ne 1. personæ,
& aliarum, ad-
missam ob ar-
gumenta.

Confirm. ex
3. dicto.

Hæc explic-
lubrica.

De 1. personæ
constitutione,
nec ante, nec
post generatio-
nem resolut.

3. Dicti impro-
batio.